# LIBER SEPTIMUSDECIMUS

## TIT. I

### MANDATI VEL CONTRA
[*Cf. Cod. IV. 35.*]

**1.** Paulus *libro XXXII.* (1) *ad Edictum.*—Obligatio mandati consensu contrahentium consistit.

§ 1.—Ideo per nuntium quoque vel per epistolam mandatum suscipi potest.

§ 2.—Item sive «rogo», sive «volo», sive «mando», sive alio quocunque verbo scripserit, mandati actio est.

§ 3.—Item mandatum et in diem differri, et sub conditione contrahi potest.

§ 4.—Mandatum, nisi gratuitum, nullum est, nam originem ex officio atque amicitia trahit; contrarium ergo (2) est officio merces, interveniente enim pecunia res ad locationem et conductionem potius respicit.

**2.** Gaius *libro II. Rerum* (3) *quotidianarum, sive Aureorum.*—Mandatum inter nos contrahitur, sive mea tantum gratia tibi mandem, sive aliena tantum, sive mea et aliena, sive mea et tua, sive tua et aliena; quodsi tua tantum gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum, et ob id nulla ex eo obligatio nascitur.

§ 1.—Mea tantum gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandem, ut negotia mea geras, vel ut fundum mihi emeres, vel ut pro me fideiubeas.

§ 2.—Aliena tantum, veluti si tibi mandem, ut Titii negotia gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo fideiubeas.

§ 3.—Mea et aliena, veluti si tibi mandem, ut mea et Titii negotia gereres, vel ut mihi et Titio fundum emeres, vel ut pro me et Titio fideiubeas.

§ 4.—Tua et mea, veluti si mandem tibi, ut sub usuris crederes ei, qui in rem meam mutuaretur.

§ 5.—Tua et aliena, veluti si tibi mandem, ut Titio sub usuris crederes; quodsi ut sine usuris crederes, aliena tantum gratia intervenit mandatum.

§ 6.—Tua autem gratia intervenit mandatum, veluti si mandem tibi, ut pecunias tuas potius in emtiones praediorum colloces, quam foeneres, vel ex diverso, ut foeneres potius, quam in emtiones praediorum colloces; cuius generis mandatum magis consilium est, quam mandatum, et ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei, cui dabatur, quia liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium.

**3.** Paulus *libro XXXII. ad Edictum.*—Praeterea in causa mandati etiam illud vertitur, ut interim (4) nec melior causa mandantis fieri possit, interdum melior, deterior vero nunquam.

(1) *Br. considera los* II. *del número XXXII., añadidos por antiguos copistas; pero no Taur.*
(2) porro, *Hal. Vulg.*

# LIBRO DÉCIMO SÉPTIMO

## TÍTULO I

### DE LA ACCIÓN DE MANDATO, DIRECTA Ó CONTRARIA
[*Véase Cód. IV. 35.*]

**1.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXXII.*—La obligación del mandato consiste en el consentimiento de los contratantes.

§ 1.—Y por esto puede contraerse mandato también por mensajero ó por carta.

§ 2.—Asimismo, ya si «ruego», ya si «quiero», ya si «mando», ya si uno lo hubiere escrito con otra cualquier palabra, hay la acción de mandato.

§ 3.—Igualmente, puede diferirse el mandato también á término, y contraerse bajo condición.

§ 4.—Es nulo el mandato, si no es gratuito, porque trae su origen de la oficiosidad y de la amistad; luego la retribución es contraria á la oficiosidad, porque interviniendo dinero, la cosa tira más bien á locación y á conducción.

**2.** Gayo; *Diario, libro II.*—Contráese mandato entre nosotros, ya si te mando solamente por mi utilidad, ya si solamente por la ajena, ya si por la mía y por la ajena, ya si por la mía y por la tuya, ya si por la tuya y por la ajena; pero si yo te mando solamente por tu utilidad, es supérfluo el mandato, y por esto no nace de él obligación alguna.

§ 1.—Interviene mandato solamente por mi utilidad, como si yo te mandara que cuides de mis negocios, ó que compres un fundo para mí, ó que por mí seas fiador.

§ 2.—Solo por la ajena, como si yo te mandara, que cuide de los negocios de Ticio, ó que compres un fundo para él, ó que por él seas fiador.

§ 3.—Por la mía y la ajena, como si yo te mandase que cuidases de mis negocios y de los de Ticio, ó que compraras un fundo para mí y para Ticio, ó que por mí y por Ticio seas fiador.

§ 4.—Por la tuya y por la mía, como si yo te mandara que le prestes á interés al que tomase en mútuo para una cosa mía.

§ 5.—Por la tuya y por la ajena, como si yo te mandara que á Ticio le prestes á interés; pero si que le prestes sin interés, interviene mandato solamente por utilidad ajena.

§ 6.—Mas por tu interés interviene mandato, por ejemplo, si yo te mandara, que coloques tu dinero en compras de predios antes que prestarlo á interés, ó por el contrario, que lo prestes á interés, antes que colocarlo en compras de predios; cuya especie de mandato es más bien consejo que mandato, y por esto no es obligatorio, porque nadie se obliga por un consejo, aunque no le convenga á quien se daba, porque cada cual es libre de explorar en sí mismo si le conviene el consejo.

**3.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXXII.*—Ademas de esto, en la causa de mandato se trata también de que durante él no pueda hacerse mejor la causa del mandante, tal vez mejor, pero peor nunca.

(3) *Br. considera* Rerum, *añadida por antiguos copistas; pero no Taur.*
(4) interdum, *Hal. Vulg.*

§ 1.—Et quidem si mandavi tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec de pretio quidquam statui, tuque emisti, utrimque actio nascitur.

§ 2.—Quodsi pretium statui, tuque pluris emisti, quidam negaverunt, te mandati habere actionem, etiamsi paratus esses, id, quod excedit, remittere; namque iniquum est, non esse mihi cum illo actionem, si nolit, illi vero, si velit, mecum esse;

4. Gaius *libro II. Rerum quotidianarum, vel Aureorum.*— sed Proculus recte eum usque ad pretium statutum acturum existimat; quae sententia sane benignior est.

5. Paulus *libro XXXII. ad Edictum.*— Diligenter igitur fines mandati custodiendi sunt; nam qui excessit, aliud quid facere videtur.

§ 1.—Et si susceptum non impleverit, tenetur.

§ 2.—Itaque si mandavero tibi, ut domum Seianam centum emeres, tuque Titianam emeris longe maioris pretii, centum tamen, aut etiam minoris, non videris implesse mandatum.

§ 3.—Item si mandavero tibi, ut fundum meum centum venderes, tuque eum nonaginta vendideris, et petam fundum, non obstabit mihi exceptio, nisi et reliquum mihi, quod deest, mandatu (1) meo, praestes, et indemnem me per omnia conserves.

§ 4.—Servo quoque dominus si praeceperit, certa summa rem vendere, ille minoris vendiderit, similiter vindicare eam dominus potest, nec ulla exceptione summoveri, nisi indemnitas ei praestetur.

§ 5.—Melior autem causa mandantis fieri potest, (2) si, quum tibi mandassem, ut Stichum decem emeres, tu eum minoris emeris, vel tantidem, ut (3) aliud quidquam servo accederet; utroque enim casu aut non ultra pretium, aut intra pretium fecisti.

6. Ulpianus *libro XXXI. ad Edictum.*— Si remunerandi gratia honor intervenit, erit mandati actio.

§ 1.—Si cui fuerit mandatum, ut negotia administraret, hac actione erit conveniendus; nec recte negotiorum gestorum cum eo agetur, nec enim ideo est obligatus, quod negotia gessit, verum idcirco, quod mandatum susceperit; denique tenetur, etsi non gessisset.

§ 2.—Si passus sim, aliquem pro me fideiubere, vel alias intervenire, mandati teneor; et nisi pro invito quis intercesserit, aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio.

§ 3.—Rei turpis nullum mandatum est, et ideo hac actione non agetur.

§ 4.—Si tibi mandavero, quod mea non (4) interesat, veluti ut pro Seio intervenias, vel ut Titio credas, erit mihi tecum mandati actio, ut Celsus

§ 1.—Y á la verdad, si te mandé, que para mí compraras alguna cosa, y no fijé nada respecto al precio, y tu la compraste, nace acción de una y otra parte.

§ 2.—Pero si fijé precio, y tú la compraste en más, negaron algunos que tuvieras la acción de mandato, aunque hubieses estado dispuesto á condonar lo que hay de exceso; porque es injusto, que yo no tenga acción contra él, si él no quisiera, y que él la tenga contra mí, si quisiera;

4. Gayo; *Diario, libro II.*—pero Próculo opina, que aquel demandará con razón hasta el precio fijado; cuya opinión es verdaderamente más equitativa.

5. Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXXII.*—Así, pues, se han de guardar con diligencia los límites del mandato; porque el que se excede de ellos, se considera que hace otra cosa distinta.

§ 1.—Y si no hubiere cumplido el mandato aceptado, se obliga.

§ 2.—Y así, si yo te hubiere mandado que comprases en ciento la casa de Seyo, y hubieres comprado la de Ticio en mucho mayor precio, aunque en los cien, ó aun por menos, no se considera que cumpliste el mandato.

§ 3.—Asimismo, si yo te hubiere mandado, que vendieses en cien un fundo mío, y tú lo hubieres vendido en noventa, y yo reclamára el fundo, no me obstará excepción, si no me dieras también el resto que falta, con arreglo á mi mandato, y me indemnices de todo.

§ 4.—También si el señor hubiere mandado á un esclavo, que por cierta suma vendiera una cosa, y él la hubiere vendido en menos, de igual modo puede el señor reivindicarla, y no ser repelido con excepción alguna, si no se le pagase la indemnización.

§ 5.—Mas puede hacerse mejor la causa del mandante, si, cuando yo te hubiese mandado que compráras á Stico por diez, y tú lo hubieres comprado por menos, ó por tanto, para que se le agregase alguna otra cosa al esclavo; porque en uno y otro caso, obraste ó no excediendo el precio, ó dentro del precio.

6. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXI.*—Si por causa de remunerar medió gratificación, habrá la acción de mandato.

§ 1.—Si se hubiere mandado á alguno, que administrase negocios, deberá ser demandado por esta acción; y no se ejercitará derechamente contra él la acción de gestión de negocios, porque no se obligó por haber administrado los negocios, sino por haber aceptado el mandato; y finalmente, se obliga, aunque no los hubiese administrado.

§ 2.—Si yo hubiera consentido que alguien sea fiador por mí, ó de algún otro modo intervenga, me obligo por la acción de mandato; y á no ser que alguno hubiere sido fiador por otro contra la voluntad de este, ó con ánimo de donar, ó siendo gestor del negocio, habrá la acción de mandato.

§ 3.—Es nulo el mandato de cosa torpe, y por esto no se ejercitará esta acción.

§ 4.—Si yo te hubiere mandado lo que no me interesaba, por ejemplo, que intervinieras á favor de Seyo, ó que le prestes á Ticio, tendré contra tí la

(1) mandato, *Hal.*
(2) puta, *inserta Hal.*
(3) tamen, *inserta la Vulg.*
(4) non, *omitenla otros en Gothofr.*

libro septimo (1) Digestorum scribit, et ego tibi sum obligatus.

§ 5.—Plane si tibi mandavero, quod tua interesat, nulla erit mandati actio, nisi mea quoque interfuit; aut si non esses facturus, nisi ego mandassem, et si mea non interfuit, tamen erit mandati actio.

§ 6.—Apud Iulianum libro tertio decimo Digestorum quaeritur, si dominus iusserit procuratorem suum certam pecuniam sumere et foenerare periculo suo, ita ut certas usuras domino penderet duntaxat, si pluris foenerare potuisset, ipse lucraretur, in creditam (2) pecuniam videtur, inquit, accepisse. Plane si omnium negotiorum erat ei administratio mandata, mandati quoque eum teneri, quemadmodum solet mandati teneri debitor, qui creditoris sui negotia gessit.

§ 7.—Marius (3) Paulus quidam fideiusserat pro Daphnide (4), mercedem pactus ob suam fideiussionem, et sub nomine alterius ex eventu litis caverat, sibi certam quantitatem dari; hic a Claudio Saturnino Praetore maiores fructus inferre iussus erat, et advocationibus ei idem Saturninus interdixerat; videbatur autem mihi iudicatum solvi fideiussisse, et, quasi redemtor litis extitisset (5), velle a Daphnide mandati iudicio consequi, quod erat condemnatus. Sed rectissime Divi fratres rescripserunt, nullam actionem eum propter suam calliditatem habere, quia mercede pacta accesserat ad talem redemtionem. Marcellus autem sic loquitur de eo, qui pecunia accepta spopondit, ut, si quidem hoc actum est, ut suo periculo sponderet, nulla actione agat, sin vero non hoc actum est, utilis ei potius actio competat; quae sententia utilitati rerum consentanea est.

7. Papinianus *libro III.* (6) *Responsorum.*—Salarium procuratori constitutum si extra ordinem peti coeperit, considerandum erit, laborem dominus remunerare voluerit, atque ideo fidem adhiberi placitis oporteat, an eventum litium maioris pecuniae praemio contra bonos mores procurator redemerit.

8. Ulpianus *libro XXXI. ad Edictum.*— Si procuratorem dedero, nec instrumenta mihi causae reddat, qua actione mihi teneatur? Et Labeo putat, mandati eum teneri, nec esse probabilem sententiam existimantium, ex hac causa agi posse depositi; uniuscuiusque enim contractus initium spectandum et causam.

§ 1.—Sed et si per colludium (7) procuratoris absolutus sit adversarius, mandati eum teneri; sed si solvendo non sit, tunc de dolo actionem adversus reum (8), qui per collusionem absolutus sit, dandam ait.

(1) octavo, *Hal.*
(2) creditum, *Hal. Vulg.*
(3) Maurus, *Vulg.*
(4) *Hal.;* Dafnide, *Fl.;* Damnide, *Vulg.*
(5) extitisse et, *al márgen interior del códice Fl.*

acción de mandato, como escribe Celso en el libro séptimo del Digesto, y quedo obligado á tí.

§ 5.—Pero si yo te hubiere mandado lo que te interesaba, no habrá la acción de mandato, si también á mi no me interesó; ó si no lo hubieses de hacer, si yo no te lo hubiera mandado, aun si no me interesó, habrá, no obstante, la acción de mandato.

§ 6.—Pregúntase Juliano al libro décimo tercero del Digesto, que si el señor hubiere mandado á su procurador, que tomase cierta cantidad de dinero, y á su propio riesgo la prestase á interés, de suerte que pagára al señor solamente ciertos intereses, y que si pudiese prestarla á mayor interés, él mismo con ello se lucrase, dice, que se entiende que recibió el dinero como prestado. Pero que si se le había encomendado la administración de todos los negocios, queda él obligado también por la acción de mandato, á la manera que suele quedar obligado de mandato el deudor, que fué gestor de los negocios de su acreedor.

§ 7.—Cierto Mario Paulo había salido fiador por Dafne, habiendo pactado retribución por su fianza, y á nombre del otro había contratado que por el resultado del pleito se le diese á él cierta cantidad; por el Pretor Claudio Saturnino se le había mandado á éste aportar los mayores frutos, y el mismo Saturnino le había prohibido abogar; pero á mí me parecía que dió fianza de pagarse lo juzgado, y que, cual si hubiese sido comprador del litigio, quería obtener de Dafne por la acción de mandato aquello en que había sido condenado. Mas los Divinos hermanos contestaron muy bien por rescripto, que por causa de su dolo no tenía aquel acción alguna, porque había llegado á tal compra habiendo pactado retribución. Pero Marcelo habla así respecto del que prometió habiendo recibido dinero, que, si verdaderamente se hubiera tratado esto, que prometiese á su riesgo, no ejercite ninguna acción, pero que si no se hubiese tratado esto, le competa más bien la acción útil; cuya opinión es conforme á la utilidad de las cosas.

7. Papiniano; *Respuestas, libro III.*—Si extraordinariamente hubiere comenzado á pedirse el salario señalado al procurador, se habrá de considerar, si su principal haya querido remunerar el trabajo, y deba por esto prestarse fe á lo pactado, ó si el procurador haya comprado contra las buenas costumbres el resultado del pleito con premio de mayor cantidad.

8. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXI.*—Si yo hubiere nombrado un procurador, y no me devolviera los instrumentos de la causa, ¿por qué acción me quedará obligado? Y opina Labeon, que queda él obligado por la acción de mandato, y que no es admisible la opinión de los que juzgan que por esta causa puede ejercitarse la acción de depósito; porque se ha de atender al principio y á la causa de cada contrato.

§ 1.—Pero también si por colusión del procurador hubiera sido absuelto el adversario, queda aquel obligado por la acción de mandato; pero si no fuera solvente, dice que entonces se ha de dar la acción de dolo contra el reo que haya sido absuelto por colusión.

(6) II., *Hal.*
(7) *Br. según conjetura;* collusium, *Fl.;* collusionem, *al márgen interior del códice Fl.*
(8) *Según antigua corrección del códice Fl.;* eum, *Taur. según la escritura original.*

§ 2.—Sed et de lite, quam suscepit exsequendam (1), mandati eum teneri constat.

§ 3.—Si quis mandaverit alicui gerenda negotia eius, qui ipse sibi mandaverat, habebit mandati actionem, quia et ipse tenetur; tenetur autem, quia agere potest. Quamquam enim vulgo dicatur, procuratorem ante litem contestatam facere procuratorem non posse, tamen mandati actio est; ad agendum enim duntaxat hoc facere non potest.

§ 4.—Si tutores mandaverint contutori suo mancipium emendum pupillo, et ille non emerit, an sit mandati actio? Et utrum tantum mandati, an vero et tutelae? Et Iulianus distinguit, referre enim ait, cuius generis servum tutores uni tutorum (2) mandaverint ut emeret. Nam si supervacuum servum, vel etiam onerosum, mandati actione tantum eum teneri, tutelae non teneri, si vero necessarium servum, tunc et tutelae eum teneri, non solum, sed et ceteros; nam et si (non) mandassent, tenerentur tutelae, quum (3) servum pupillo necessarium non comparaverunt. Non sunt igitur excusati, quod contutori mandaverunt, quia emere debuerunt; plane habebunt nihilominus mandati actionem, quia mandato non est obtemperatum. Contra quoque Iulianus ait, tutorem, qui emit, mandati actionem habere adversus contutores suos.

§ 5.—Si liber homo, quum bona fide serviret, mandaverit Titio, ut redimeretur, et numos ex eo peculio dederit, quod ipsum sequi, non apud bonae fidei emtorem (4) relinqui debuit, Titiusque pretio soluto liberum illum manumiserit, mox ingenuus pronuntiatus est, habere eum mandati actionem, Iulianus ait, adversus eum, cui se redimendum mandavit; sed hoc tantum inesse mandati iudicio, ut sibi actiones mandet, quas habet adversus eum, a quo comparavit. Plane si eam pecuniam dederit, quae erat ex peculio ad bonae fidei emtorem (5) pertinente, nullae ei, inquit Iulianus, mandari actiones possunt, quia nullas habet, quum ei suos numos emtor dederit; quin imo, inquit, ex vendito manebit obligatus; sed et haec actio inutilis est, quia quantum fuerit consecutus, tantum emti iudicio necesse habebit praestare.

§ 6.—Mandati actio tunc competit, quum coepit interesse eius, qui mandavit, ceterum si nihil interest, cessat mandati actio; et eatenus competit, quatenus interest, utputa mandavi tibi, ut fundum emeres; si intererat mea emi, teneberis, ceterum si eundem hunc fundum ego ipse emi, vel alius mihi, neque interest aliquid, cessat mandati actio. Mandavi, ut negotia (6) gereres; si nihil deperierit, quamvis nemo gesserit, nulla actio est (7); aut si alius idonee gesserit, cessat mandati actio. Et in similibus hoc idem erit probandum.

(1) exsequenda, *Hal.*
(2) contutorum, *Vulg.*
(3) *Hal. Vulg.*; cur, *Fl.*
(4) possessorem, *Hal.*
(5) possessorem, *Hal.*

§ 2.—Pero consta también que se obliga él por la acción de mandato respecto al litigio que tomó á su cargo para seguirlo.

§ 3.—Si alguno hubiere encomendado á otro la gestión de los negocios de quien á él se los había encomendado, tendrá la acción de mandato, porque también él mismo queda obligado; pero se obliga, porque puede reclamar. Porque aunque vulgarmente se diga que el procurador no puede, antes de contestada la demanda, nombrar otro procurador, hay, sin embargo, la acción de mandato; porque solamente no puede hacer esto para demandar.

§ 4.—Si los tutores hubieren mandado á su cotutor que comprase un esclavo para el pupilo, y él no lo comprare, ¿habrá la acción de mandato? ¿Y acaso sólo la de mandato, ó también la de tutela? Y Juliano distingue, porque dice que importa saber de qué clase hayan mandado los tutores á uno de ellos que comprase el esclavo. Porque si fué un esclavo innecesario, ó también gravoso, sólo se obliga aquel por la acción de mandato, y no se obliga por la de tutela; pero si fué un esclavo necesario, entonces se obliga también por la de tutela, pero no sólo él, sino también los demás; porque también si no lo hubiesen mandado, estarían obligados por la acción de tutela, porque no compraron un esclavo necesario para el pupilo. No están, pues, excusados por haberlo mandado al cotutor, porque debieron comprarlo; pero tendrán sin embargo la acción de mandato, porque no se dió cumplimiento al mandato. También por el contrario dice Juliano, que el tutor, que lo compró, tiene la acción de mandato contra sus cotutores.

§ 5.—Si un hombre libre, prestando de buena fé servidumbre, hubiere mandado á Ticio que lo redimiese, y le hubiere dado dinero del peculio, que debió seguirle, y no dejarse en poder del comprador de buena fé, y Ticio, habiéndose pagado el precio, hubiere manumitido á aquel hombre libre, y después éste fué declarado ingénuo, dice Juliano, que tiene él la acción de mandato contra aquel á quien le mandó que lo redimiese; pero que en la acción de mandato se comprende tan solo esto, que le ceda á él las acciones, que tiene contra aquel de quien lo compró. Pero si hubiere dado dinero, que era de peculio perteneciente al comprador de buena fé, dice Juliano, que no se le pueden ceder á él ningunas acciones, porque no las tiene, pues el comprador le habrá dado su propio dinero; antes bien, dice, permanecerá obligado por la acción de venta; pero también esta acción es inútil, porque cuanto hubiere conseguido, otro tanto tendrá necesidad de entregar por la acción de compra.

§ 6.—Compete la acción de mandato entonces cuando comienza á interesarle al que mandó, pero si nada le interesa, deja de haber la acción de mandato; y compete por tanto cuanto interesa, por ejemplo, te mandé que comprases un fundo; si me importaba que fuese comprado, quedarás obligado, pero si yo mismo compré aquel mismo fundo, ú otro me lo compró, y nada me importa, deja de haber la acción de mandato. Te mandé que administrases mis negocios; si nada se hubiere perdido, aunque nadie los haya administrado, no hay acción alguna; ó si otro los hubiere administrado convenientemente, deja de haber la acción de mandato. Y esto mismo se habrá de admitir en los casos semejantes.

(6) mea, *inserta la Vulg.*
(7) nulla actio est, *omítelas Hal.*

§ 7.—Si ignorantes fideiussores debitorem solvisse, vel etiam acceptilatione sive pacto liberatum, ex substantia debitoris solverunt, non tenebuntur mandati.

§ 8.—Quod et ad actionem fideiussoris pertinet; et hoc ex Rescripto Divorum Fratrum intelligere licet, cuius (1) verba haec sunt (2): «Catullo (3) Iuliano. Si hi, qui pro te fideiusserant, in maiorem quantitatem damnati, quam debiti ratio exigebat, scientes et prudentes auxilium appellationis omiserunt, poteris mandati agentibus his aequitate iudicis tueri te». Igitur si ignoraverunt, excusata ignorantia est, si scierunt, incumbebat iis necessitas provocandi; ceterum dolo versati sunt, si non provocaverunt. Quid tamen, si paupertas iis non permisit? Excusata est eorum inopia. Sed et si testato convenerunt debitorem, ut, si ipse putaret, appellaret, puto rationem iis constare.

§ 9.—Dolo autem facere videtur, qui id, quod potest restituere, non restituit.

§ 10.—Proinde si tibi mandavi, ut hominem emeres, tuque emisti, teneberis mihi, ut restituas. Sed et si dolo emere neglexisti, forte enim pecunia accepta alii cessisti, ut emeret, aut si lata culpa, forte si gratia ductus passus es alium emere, teneberis. Sed et si servus, quem emisti, fugit, si quidem dolo tuo, teneberis; si dolus non intervenit nec culpa, non teneberis, nisi ad hoc, ut caveas, si in potestatem tuam pervenerit, te restituturum. Sed et si restituas, et tradere debes; et si cautum est de evictione (4), vel potes desiderare, ut tibi caveatur, puto sufficere, si mihi hac actione cedas, ut procuratorem me in rem meam facias, nec amplius praestes, quam consecuturus sis;

§ 7.—Si ignorando los fiadores que el deudor había pagado, ó también que había quedado libre por aceptilación ó por pacto, pagaron de los bienes del deudor, no estarán obligados por la acción de mandato.

§ 8.—Lo que corresponde también á la acción del fiador; y puede entenderse esto del rescripto de los Divinos hermanos, cuyos términos son estos: «A Cátulo Juliano. Si los que por tí habian sido fiadores, condenados en mayor cantidad que la que exigía la cuenta de la deuda, omitieron á ciencia y paciencia el recurso de la apelación, por equidad del juez te podrás defender contra ellos que ejerciten la acción de mandato.» Así, pues, si lo ignoraron, excusada queda la ignorancia, si lo supieron, les incumbía la necesidad de apelar; pero procedieron con dolo, si no apelaron. Pero ¿qué, si no se lo permitió su pobreza? Queda excusada su pobreza. Pero también si ante testigos previnieron al deudor, para que él apelase, si á él mismo le pareciese, opino que obraron en razón.

§ 9.—Pero se considera que obra con dolo el que no restituye lo que puede restituir.

§ 10.—Por consiguiente, si te mandé que comprases un esclavo y lo compraste, estarás obligado á restituírmelo. Pero también si con dolo descuidaste comprarlo, acaso porque el dinero recibido lo entregaste á otro, para que lo comprara, ó si con culpa lata, tal vez si movido por gracia consentiste que otro lo comprara, quedarás obligado. Pero también quedarás obligado, si el esclavo que compraste huyó, si es que por dolo tuyo; si no intervino dolo, ni culpa, no estarás obligado, sino á esto, á dar caución de que lo restituirás, si hubiere vuelto á tu poder. Pero también si lo restituyeras debes entregarlo; y si se dió caución de evicción, ó puedes pedir que se te dé caución, opino que basta que me cedas esta acción, de suerte que me hagas procurador para cosa mía, y no des más que lo que hubieras de conseguir;

**9.** Paulus *libro XXXII. ad Edictum.*—de tuo etiam facto cavere debes.

**9.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXXII.*—también de tu propio hecho debes dar caución.

**10.** Ulpianus *libro XXXI. ad Edictum.*—Idemque et in fundo, si fundum emit procurator; nihil enim amplius, quam bonam fidem praestare eum oportet, qui procurat.

§ 1.—Sed et si de sanitate servi procuratori cautum est, aut caveri potest, aut de ceteris vitiis, idem erit dicendum; at (5) si culpa caveri non curaverit, condemnabitur.

§ 2.—Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus consecutus est, hos quoque officio iudicis praestare eum oportet.

§ 3.—Si procurator meus pecuniam meam habeat, ex mora utique usuras mihi pendet. Sed et si pecuniam meam foeneri dedit, usurasque consecutus est, consequenter dicemus, debere eum praestare, quantumcunque emolumentum sensit, sive ei mandavi, sive non, quia bonae fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum sentiat; quodsi non exercuit pecuniam, sed ad usus suos convertit, in usuras convenietur, quae legitimo modo in regionibus frequentantur. Denique Papinianus ait,

**10.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXI.*—Y lo mismo también respecto de un fundo, si el procurador compró un fundo; porque el que ejerce de procurador no debe responder de nada más que de la buena fé.

§ 1.—Pero también si al procurador se le dió caución de la sanidad del esclavo, ó si puede dársele caución, ó de otros vicios, se habrá de decir lo mismo; mas si por su culpa no hubiere cuidado de que se dé caución, será condenado.

§ 2.—Si del fundo, que para mí compró, percibió frutos el procurador, conviene que también los entregue por ministerio del juez.

§ 3.—Si mi procurador tuviera dinero mío, me pagará ciertamente intereses por la mora. Pero también si dió dinero mío á interés, y percibió los intereses, diremos consiguientemente, que debe él entregar cuanto emolumento percibió, ya si se lo mandé, ya si no, porque conviene á la buena fé que no obtenga lucro de cosa ajena; pero si no comerció con el dinero, sino que lo invirtió en sus propios usos, será demandado por los intereses, que dentro de la tasa legal fuesen frecuentes en aque-

(1) *Según la escritura original;* huius, *Taur. por error, Br.*

(2) Imperatores Antoninus et Verus, *inserta Hal.;* Imperatores Severus et Antoninus, *la Vulg.*

(3) Catullio, *Hal.;* Catulo, *Vulg.*

(4) rei, *adicionan Hal. Vulg.*

(5) *Hal.;* aut, *Fl.*

etiamsi usuras exegerit procurator, et in usus suos convertit, usuras eum praestare debere.

llas regiones. Finalmente, dice Papiniano, que aunque el procurador hubiere cobrado intereses y los haya invertido en sus propios usos, debe él responder de los intereses.

§ 4.—Si quis Titio mandaverit, ut ab actoribus suis mutuam pecuniam acciperet, mandati eum non acturum, Papinianus libro tertio Responsorum scribit, quia de mutua pecunia eum habet obligatum; et ideo usuras eum petere non posse quasi ex causa mandati, si in stipulationem deductae non sunt.

§ 4.—Si alguno hubiere mandado á Ticio que de sus propios administradores recibiese dinero en mútuo, escribe Papiniano en el libro tercero de las Respuestas, que no ejercitará él la acción de mandato, porque le tiene obligado por la de dinero en mútuo; y que por esto no puede él pedir intereses como por causa de mandato, si no fueron comprendidos en la estipulacion.

§ 5.—Idem Papinianus libro eodem refert, fideiussori condemnato, qui ideo fideiussit, quia dominus procuratori mandaverat, ut pecuniam mutuam acciperet, utilem actionem dandam, quasi institoriam, quia et hic quasi praeposuisse eum mutuae pecuniae accipiendae videatur.

§ 5.—Dice el mismo Papiniano en el propio libro, que al fiador condenado, que fué fiador por esto, porque el principal había mandado al procurador que recibiese dinero en mútuo, se le ha de dar la acción útil, cuasi institoria, porque también en este caso se considera que casi lo nombró para recibir dinero en mútuo.

§ 6.—Si cui mandavero, ut a Titio stipuletur, potero cum eo, cui mandavi, agere mandati, ut eum accepto liberet, si hoc velim; vel si malim, in hoc agam, ut eum deleget mihi, vel si cui alii voluero. Et Papinianus libro eodem scribit, si mater pro filia dotem dederit, eamque mandante filia vel illico stipulata sit, vel etiam postea, mandati eam teneri, quamvis ipsa sit, quae dotem dederit.

§ 6.—Si yo hubiere mandado á alguno que estipule de Ticio, podré ejercitar la acción de mandato contra aquel á quien le mandé, para que lo libere como habiendo pagado, si yo quisiera esto; pero si lo prefiriera, ejercitaré la acción para esto, para que me lo delegue á mí, ó á otro cualquiera, si yo lo hubiere querido. Y escribe Papiniano en el mismo libro, que si la madre hubiere dado dote por la hija, y mandándolo la hija la hubiera estipulado ó inmediatamente, ó aún después, queda ella obligada por la acción de mandato, aunque sea ella misma la que hubiere dado la dote.

§ 7.—Si quis ea, quae procurator suus et servi gerebant, ita demum rata esse mandavit, si interventu Sempronii gesta essent, et male pecunia credita sit, Sempronium, qui nihil dolo fecit, non teneri; et est verum, eum, qui non animo procuratoris intervenit, sed affectionem amicalem promisit in monendis procuratoribus et actoribus, et in regendis consilio, mandati non teneri, sed si quid dolo fecerit, non mandati, sed magis de dolo teneri.

§ 7.—Si alguno mandó que las cosas, de que eran gestores su procurador y sus esclavos, fuesen válidas solamente si hubiesen sido gestionadas con la intervención de Sempronio, y se hubiera prestado malamente dinero, Sempronio, que nada hizo con dolo, no queda obligado; y es verdad, que el que no intervino con ánimo de ser procurador, sino que prometió amistoso afecto en prevenir á los procuradores y administradores, y en dirigirlos con su consejo, no queda obligado por la acción de mandato, sino que si hubiere hecho alguna cosa con dolo, se obliga no por la acción de mandato, sino más bien por la de dolo.

§ 8.—Si mandavero procuratori meo, ut Titio pecuniam meam credat sine usuris, isque non sine usuris crediderit, an etiam usuras mihi restituere debeat, videamus. Et Labeo scribit, restituere eum oportere, etiamsi hoc mandaverim, ut gratuitam pecuniam daret, quamvis, si periculo suo credidisset, cessaret, inquit Labeo, in usuris actio mandati.

§ 8.—Si yo hubiere mandado á mi procurador, que sin interés preste á Ticio dinero mio, y él no lo hubiere prestado sin interés, veamos si deberá restituirme también los intereses. Y escribe Labeon, que los debe restituir, aunque yo hubiere mandado esto, que diese gratuito el dinero, si bien que, si lo hubiese prestado á su propio riesgo, dejaría de haber, dice Labeon, la acción de mandato por los intereses.

§ 9.—Idem Labeo ait, et verum est, reputationes quoque hoc iudicium admittere; et sicuti fructus cogitur restituere is, qui procurat, ita sumtum, quem in fructus percipiendos fecit, deducere eum oportet; sed et si ad vecturas suas, dum excurrit in praedia, sumtum fecit, puto hos quoque sumtus reputare eum oportere, nisi si salariarius fuit, et hoc convenit, ut sumtus de suo faceret ad haec itinera, hoc est de salario (1).

§ 9.—Dice el mismo Labeon, y es verdad, que esta acción admite también los gastos; y que así como está obligado á restituir los frutos el que hace de procurador, así debe él deducir el gasto que hizo para percibir los frutos; pero también si hizo gastos en viajes yendo á los predios, opino que debe poner en cuenta también estos gastos, si él no estuvo asalariado, y se convino esto, que los gastos para estos viajes los hiciera de lo suyo, esto es, del salario.

§ 10.—Idem ait, si quid procurator citra mandatum in voluptatem fecit, permittendum ei auferre, quod sine damno domini fiat, nisi rationem sumtus istius dominus admittit.

§ 10.—Dice el mismo, que si el procurador hizo sin mandato alguna cosa para recreo, se le ha de permitir que quite lo que se haga sin daño del señor, si el señor no admite la cuenta de este gasto.

§ 11.—Fideiussores et mandatores, etsi sine iudicio solverint, habent actionem mandati.

§ 11.—Los fiadores y los mandantes, aunque hayan pagado sin ejercitarse acción, tienen la acción de mandato.

(1) hoc est de salario, *omitelas Hal.*

§ 12.—Generaliter Iulianus ait, si fideiussor ex sua persona omiserit exceptionem, qua reus uti non potuit, si quidem minus honestam, habere eum mandati actionem; quodsi eam, qua reus uti potuit, si sciens id fecit, non habiturum mandati actionem, si modo habuit facultatem rei conveniendi desiderandique, ut ipse susciperet potius iudicium vel suo, vel procuratorio nomine.

§ 13.—Si fideiussori donationis causa acceptum (1) factum sit a creditore, puto, si fideiussorem remunerari voluit creditor, habere eum mandati actionem; multo magis, si mortis causa accepto tulisset creditor, vel si eam (2) liberationem legavit.

11. POMPONIUS *libro III. ex Plautio.* — Si ei, cui damnatus ex causa fideiussoria fueram, heres postea extitero, habebo mandati actionem.

12. ULPIANUS *libro XXXI. ad Edictum.*— Si vero non remunerandi causa, sed principaliter donando fideiussori remisit actionem, mandati eum non acturum.

§ 1.—Marcellus autem fatetur, si quis donaturus fideiussori pro eo solverit creditori, habere fideiussorem mandati actionem.

§ 2.—Plane, inquit, si filiusfamilias vel servus fuit fideiussor, et pro his solvero donaturus iis, mandati patrem vel dominum non acturos; hoc ideo, quia non patri donatum voluit, qui solvit.

§ 3.—Plane si servus fideiussor solverit, dominum mandati acturum.

§ 4.—Idem Marcellus ibidem ait: si filiusfamilias non iussu patris fideiusserit, cessat mandati actio, si nihil sit in peculio; quodsi iussu, vel ex peculio solutum est, multo magis habet pater mandati.

§ 5.—Si filiofamilias mandavi, ut pro me solveret, patrem, sive ipse solverit, sive filius ex peculio, mandati acturum Neratius ait; quod habet rationem, nihil enim mea interest, quis solvat.

§ 6.—Si filiofamilias mandavero, ut pro me solveret, et emancipatus solvat, verum est, in factum actionem filio dandam, patrem autem post emancipationem solventem negotiorum gestorum actionem habere.

§ 7.—Contrario iudicio experiuntur, qui mandatum susceperunt, utputa qui rerum vel rei unius procurationem susceperunt.

§ 8.—Inde Papinianus quaerit, si patronus praedium, quod emerat, pro quo pretii bessem exsolverat, iusserit liberto suo tradi, ut ille residuum pretii redderet, deinde reddito pretio vendenti fundum patrono libertus consenserit, trientis pretium an libertus possit repetere? Et ait, si mandatum suscepit initio libertus, non donatum accepit, contrario iudicio posse eum pretium repetere, quod deductis mercedibus, quas medio tempore percepit, superest; quodsi donationem patronus in libertum contulit, videri et postea libertum patrono donasse.

(1) accepto, *Hal.*
(2) ei, *Hal. Vulg.*

§ 12.—En general dice Juliano, que si el fiador hubiere omitido la excepción proveniente de su persona, de la cual no pudo usar el reo, si verdaderamente no fué honesta, tiene la acción de mandato; pero si aquella, de la que pudo usar el reo, si á sabiendas hizo esto, no tendrá la acción de mandato, si es que tuvo facultad para demandar al reo, y para solicitar que él mismo aceptase preferentemente la acción ó en su propio nombre, ó como procurador.

§ 13 —Si por causa de donación por el acreedor se hubiera dado por cumplido al fiador, opino que si el acreedor quiso remunerar al fiador, tiene la acción de mandato; con mucha más razón, si el acreedor le hubiese dado por cumplido por causa de muerte, ó si legó la liberación de la deuda.

11. POMPONIO; *Doctrina de Plaucio, libro III.* —Si de aquel, á cuyo favor había yo sido condenado por causa de fianza, hubiere yo quedado después heredero, tendré la acción de mandato.

12. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXI.*—Mas si no por causa de remunerarle, sino principalmente para hacerle donación al fiador le remitió la acción, no ejercitará él la acción de mandato.

§ 1.—Pero confiesa Marcelo, que si para hacer donación al fiador hubiere alguien pagado por él al acreedor, tiene el fiador la acción de mandato.

§ 2.—A la verdad, dice, si fué fiador un hijo de familia, ó un esclavo, y para hacerles donación hubiere yo pagado por ellos, no ejercitarán el padre ó el señor la acción de mandato; por esto, porque el que pagó no quiso hacer donación al padre.

§ 3.—Pero si hubiere pagado el esclavo fiador, ejercitará el señor la acción de mandato.

§ 4.—Dice el mismo Marcelo en el mismo lugar: si el hijo de familia hubiere sido fiador no por mandato del padre, deja de haber la acción de mandato, si nada hubiera en el peculio; pero si por mandato, ó se pagó del peculio, con mucha más razón tiene el padre la acción de mandato.

§ 5.—Si mandé á un hijo de familia, que pagara por mí, dice Neracio, que el padre, ya si él mismo hubiere pagado, ya si del peculio el hijo, ejercitará la acción de mandato; lo que tiene fundamento, porque nada me importa quien pague.

§ 6.—Si yo hubiere mandado á un hijo de familia, que pagase por mí, y emancipado pagara, es verdad que se ha de dar al hijo la acción por el hecho, pero que el padre que paga después de la emancipación tiene la acción de gestión de negocios.

§ 7.—Ejercitan la acción contraria los que aceptaron el mandato, por ejemplo, los que aceptaron la procura de los negocios, ó de un solo negocio.

§ 8.—Por lo cual pregunta Papiniano, si un patrono hubiere mandado que se entregue á un liberto suyo el predio que había comprado, por el que había pagado ocho onzas del precio, para que él entregase lo restante del precio, y después, pagado el precio, el liberto hubiere convenido con el patrono al venderle el fundo, ¿podrá repetir el liberto el precio de la tercera parte? Y dice, que si en un principio aceptó el liberto un mandato, y no recibió una donación, puede él repetir por la acción contraria el precio que resta, deducidos los salarios que percibió en el tiempo intermedio; pero que si el patrono hizo donación al liberto, se entiende que también después hizo el liberto donación al patrono.

§ 9.—Si mihi mandaveris, ut rem tibi aliquam emam, egoque emero meo pretio, habebo mandati actionem de pretio recuperando; sed et si tuo pretio, impendero tamen aliquid bona fide ad emtionem rei, erit contraria mandati actio, aut si rem emtam nolis recipere. Simili modo, et si quid aliud mandaveris, et in id sumtum fecero; nec tantum id, quod impendi, verum usuras quoque consequar. Usuras autem non tantum ex mora esse admittendas (1), verum iudicem aestimare debere, si exegit a debitore suo quis (et) (2) solvit, quum uberrimas usuras consequeretur — aequissimum enim erit rationem eius rei haberi —, aut si ipse mutuatus gravibus usuris solvit. Sed et si reum usuris non relevavit, ipsi autem et usurae absunt, vel si minoribus relevavit, ipse autem maioribus foenus accepit, ut fidem suam liberaret, non dubito, debere eum mandati iudicio et usuras consequi; et ut est constitutum, totum hoc ex aequo et bono iudex arbitrabitur.

§ 9.—Si me hubieres mandado que te compre alguna cosa, y yo la hubiere comprado con mi dinero, tendré la acción de mandato para recuperar el precio; pero también si con dinero tuyo, pero de buena fé hubiere yo gastado algo para la compra de la cosa, ó si tú no quisieras recibir la cosa comprada, habrá la acción contraria de mandato. Del mismo modo, también si me hubieres mandado alguna otra cosa, y para ella hubiere yo hecho algún gasto; y no solamente conseguiré lo que gasté, sino también los intereses. Pero los intereses se han de admitir no solo desde la mora, sino que el juez debe estimar, si alguno exigió de su propio deudor, y pagó, cuando percibiese de él muy grandes intereses—porque será muy justo que se tenga cuenta de esto—, ó si pagó habiendo él mismo tomado en mútuo con grandes intereses. Pero también si no relevó de los intereses al deudor, pero á él mismo le faltan también los intereses, ó si le relevó de los menores, pero él mismo recibió interés de los mayores, para librarse de su fianza, no dudo, que debe él conseguir por la acción de mandato también los intereses; y según se halla establecido, todo esto lo determinará el juez conforme á equidad y bondad.

§ 10.—Dedi tibi pecuniam, ut creditori meo exsolvas, non fecisti; praestabis mihi usuras, quo casu et a me creditor pecuniam debitam cum usuris recepturus sit; et ita Imperator Severus Hadriano Demonstrati (3) rescripsit.

§ 10.—Te di dinero para que pagues á un acreedor mío, y no lo hiciste; me pagarás intereses, en el caso de que también de mí haya de recibir con intereses el acreedor el dinero debido; y así contestó por rescripto el Emperador Severo á Adriano Demonstrates.

§ 11.—Si adolescens luxuriosus mandet tibi, ut pro meretrice fideiubeas, idque tu sciens mandatum susceperis, non habebis mandati actionem, quia simile est, quasi perdituro pecuniam sciens credideris. Sed et si ulterius directo mandaverit tibi, ut meretrici pecuniam credas, non obligabitur mandati, quasi adversus bonam fidem mandatum sit.

§ 11.—Si un adolescente lujurioso te mandara que seas fiador por una meretriz, y á sabiendas hubieres tú aceptado este mandato, no tendrás la acción de mandato, porque es lo mismo que si á sabiendas hubieres prestado dinero al que lo había de perder. Pero también si además te hubiere mandado diréctamente que prestes dinero á la ramera, no se obligará por el mandato, como si se hubiera mandado contra la buena fé.

§ 12.—Quum quidam talem epistolam scripsisset amico suo: «Rogo te, commendatum habeas Sextilium Crescentem amicum meum», non obligabitur mandati, quia commendandi magis hominis, quam mandandi causa scripta est.

§ 12.—Habiendo escrito uno á un amigo suyo tal epístola: «Te ruego que tengas por recomendado á mi amigo Sextilio Crescente», no se obligará por la acción de mandato, porque fué escrita más bien para recomendar un hombre, que para mandar.

§ 13.—Si quis mandaverit filiofamilias credendam pecuniam non contra Senatusconsultum accipienti, sed ex ea causa, ex qua de peculio, vel de in rem verso, vel Quod iussu pater teneretur, erit licitum mandatum. Hoc amplius dico, si, quum dubitarem, utrum contra Senatusconsultum acciperet, an non, nec essem daturus contra Senatusconsultum accipienti, intercesserit (4), qui diceret, non accipere contra Senatusconsultum, et «periculo meo crede», dicat, «bene credis», arbitror, locum esse mandato, et mandati eum teneri.

§ 13.—Si alguno hubiere mandado que se preste dinero á un hijo de familia, recibiéndolo no contra el Senadoconsulto, sino por causa por la cual se obligaría el padre por la acción de peculio, ó por la de lo convertido en su utilidad, ó por la de lo que por mandato, será lícito el mandato. Digo más, que si dudando yo si él lo recibiría, ó no, contra el Senadoconsulto, y yo no se lo hubiese de dar al que lo recibiera contra el Senadoconsulto, hubiere intervenido uno que dijese que no lo recibía contra el Senadoconsulto, y dijera, «préstaselo á mi riesgo, bien prestas», opino que tiene lugar un mandato, y que aquel se obliga por la acción de mandato.

§ 14.—Si post creditam pecuniam mandavero creditori credendam, nullum esse mandatum rectissime Papinianus ait. Plane si, ut exspectares, nec urgeres debitorem ad solutionem, mandavero tibi, ut ei des intervallum, periculoque meo pecuniam fore dicam, verum puto, omne nominis periculum debere ad mandatorem pertinere.

§ 14.—Si después de prestado el dinero hubiere mandado yo al acreedor que lo preste, con muchísima razón dice Papiniano, que es nulo el mandato. Pero si yo te hubiere mandado que esperases, y que no apremiaras al deudor al pago, para que le des tregua, y dijera que el dinero estaría á mi riesgo, opino que es verdad que todo el riesgo del crédito debe corresponder al mandante.

§ 15.—Idem ait, si tutor mandet, suscipi vel probari nomen, quod fecerat, teneri eum man-

§ 15.—Dice el mismo, que si un tutor mandara que se acepte ó apruebe la deuda que había hecho,

(1) admittendas esse dicemus, *Hal.*
(2) *Br. encierra* (et) *dentro de un paréntesis, por no leerse en el códice Fl.; pero no Taur.*

(3) Demonstrato, *Hal.*; Demostrato, *otros en el mismo* Demostheni, *Vulg.*
(4) accesserit, *Vulg.*

dati, scilicet quondam pupillo suo, vel curatori eius.

§ 16.—Si mandavero exigendam pecuniam, deinde voluntatem mutavero, an sit mandati actio vel mihi, vel heredi meo? Et ait Marcellus, cessare mandati actionem, quia extinctum est mandatum finita voluntate; quodsi mandaveris exigendam, deinde prohibuisti, exactamque recepisti, debitor liberabitur.

§ 17.—Idem Marcellus scribit, si, ut post mortem sibi monumentum fieret, quis mandavit, heres eius poterit mandati agere (1). Illum vero, qui mandatum suscepit, si sua pecunia fecit, puto agere mandati, si non ita ei mandatum est, ut sua pecunia faceret monumentum; potuit enim agere etiam cum eo, qui mandavit, ut sibi pecuniam daret ad faciendum, maxime si iam quaedam ad faciendum paravit.

13. Gaius *libro X. ad Edictum provinciale.*—Idem est, et si mandavi tibi, ut post mortem meam heredibus meis emeres fundum.

14. Ulpianus *libro XXXI. ad Edictum.*—Heredem fideiussoris, si solverit, habere mandati actionem, dubium non est. Sed si vendiderit hereditatem, et emtor solverit, an habeat mandati actionem, quaeritur. Et Iulianus libro tertiodecimo (2) scribit, idcirco heredem habere mandati actionem, quia tenetur iudicio ex emto, ut praestet actiones suas, idcircoque competere ex emto actionem, quia potest praestare.

§ 1.—Si fideiussori duo heredes extiterint, et alter eorum a coherede emerit hereditatem, deinde omne, quod defunctus fideiusserat, stipulatori solverit, habebit aut ex stipulatu, aut ex emto obligatum coheredem suum; idcirco is (3) mandati actionem habebit.

15. Paulus *libro II.* (4) *ad Sabinum.*—Si mandassem tibi, ut fundum emeres, postea scripsissem, ne emeres, tu, antequam scias me vetuisse, emisses, mandati tibi obligatus ero, ne damno afficiatur is, qui suscipit mandatum.

16. Ulpianus *libro XXXI. ad Edictum.*—Si quis mihi mandaverit, in meo aliquid facere, et fecero, quaesitum est, an sit mandati actio. Et ait Celsus libro septimo (5) Digestorum, hoc respondisse se, quum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, ut in hortis eius, quos Ravennae habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphaeristerium, et hypocausta, et quaedam (6) ipsius valetudini apta sua impensa faceret. Deducto igitur, quanto sua aedificia pretiosiora fecisset, quod amplius impendisset, posse eum mandati iudicio persequi.

17. Paulus *libro VII. ad Sabinum.* — Si man-

se obliga por la acción de mandato, á saber, al que antes fué su pupilo, ó al curador de éste.

§ 16.—Si yo hubiere mandado que se cobre dinero, y después cambiare de voluntad, ¿me competerá á mí, ó á mi heredero, la acción de mandato? Y dice Marcelo, que deja de haber la acción de mandato, porque se extinguió el mandato acabada la voluntad; pero si hubieres mandado que se cobre, y después lo prohibiste, y recibiste el cobrado, quedará libre el deudor.

§ 17.—Escribe el mismo Marcelo, que si alguno mandó que después de su muerte se le hiciera un monumento, podrá su heredero ejercitar la acción de mandato. Pero opino, que el que aceptó el mandato, si lo hizo con su dinero, ejercita la acción de mandato, si no se le mandó así, que hiciese el monumento con su dinero; porque pudo reclamar también contra el que le mandó, para que le diese dinero para hacerlo, mayormente si preparó ya algunas cosas para hacerlo.

13. Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro X.*—Lo mismo es, también si te mandé que después de mi muerte compráras un fundo para mis herederos.

14. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXI.*—No hay duda, que el heredero del fiador, si hubiere pagado, tiene la acción de mandato. Pero si hubiere vendido la herencia, y el comprador hubiere pagado, pregúntase si tendrá la acción de mandato. Y escribe Juliano en el libro décimo tercero, que por esto tiene el heredero la acción de mandato, porque se obliga por la acción de compra á ceder sus acciones, y que por esto le compete la acción de compra, porque la puede ceder.

§ 1.—Si hubieren quedado dos herederos del fiador, y uno de ellos hubiere comprado de su coheredero la herencia, y después hubiere pagado al estipulante todo lo que el difunto había afianzado, tendrá obligado á su coheredero ó por la estipulación, ó por la acción de compra; y por esto tendrá él la acción de mandato.

15. Paulo; *Comentarios á Sabino, libro II.*—Si yo te hubiese mandado, que compraras un fundo, y después te hubiese escrito, que no lo comprases, pero tú lo hubieses comprado antes que supieras que yo lo había prohibido, te estaré obligado por la acción de mandato, para que no sufra perjuicio el que acepta el mandato.

16. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXI.*—Si alguien me hubiere mandado hacer algo en lo mio, y yo lo hubiere hecho, se preguntó, si habrá la acción de mandato. Y dice Celso en el libro séptimo del Digesto, que esto respondió él, como se dijese que Aurelio Quieto mandó á un médico, huésped suyo, que en los huertos de éste, que tenía en Rávena, á los cuales solía retirarse todos los años, hiciera á su propia costa un juego de pelota, y estufas, y algunas otras cosas á propósito para la salud del mismo. Así, pues, deducido aquello en que hubiese hecho de más valor sus propios edificios, podía reclamar él por la acción de mandato lo que de más hubiese gastado.

17. Paulo; *Comentarios á Sabino, libro VII.*—

(1) ut perficiatur, *adiciona Hal.*
(2) digestorum, *inserta la Vulg.*
(3) ait, *al márgen interior del códice Fl.*
(4) VII., *Hal.*
(5) octavo, *Hal. Vulg.*
(6) alia, *inserta Hal.*

davero tibi, ut a Titio decem exigeres, et ante exacta ea mandati tecum egero, si ante rem iudicatam exegeris, condemnandum te esse constat.

Si yo te hubiere mandado, que de Ticio cobraras diez, y antes de haberlos cobrado ejercitare contra ti la acción de mandato, si los hubieres cobrado antes de juzgado el negocio, consta que has de ser condenado.

**18.** Ulpianus *libro XL. ad Sabinum.* — Qui patitur ab alio mandari, ut sibi credatur, mandare intelligitur.

**18.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XL.* — El que permite que por otro se mande que á él se le preste, se entiende que manda.

**19.** Idem *libro XLIII. ad Sabinum.*—Si servus meus (1) de semet emendo mandaret, ut redimatur, Pomponius eleganter tractat, an is, qui servum redemerit, ultro convenire possit venditorem, ut servum recipiat, quoniam mandati actio ultro citroque est. Sed esse iniquissimum Pomponius ait, ex facto servi mei cogi me servum recipere, quem in perpetuum alienari (2) volueram; nec magis in hunc casum debeo mandati teneri, quam ut eum tibi venderem.

**19.** El mismo; *Comentarios á Sabino, libro XLIII.*—Si un esclavo mío mandase que él mismo fuese comprado, para que fuese redimido, examina discretamente Pomponio, si el que hubiere redimido al esclavo podrá de buen grado demandar al vendedor para que reciba el esclavo, porque hay de una y de otra parte la acción de mandato. Pero dice Pomponio, que es muy injusto que por acto de un esclavo mío sea yo obligado á recibir el esclavo, que yo había querido que para siempre fuera enajenado; y que en este caso no debo estar más obligado de mandato, que á vendértelo.

**20.** Paulus *libro XI. ad Sabinum.*— Ex mandato apud eum, qui mandatum suscepit, nihil remanere oportet, sicuti nec damnum pati debet, si exigere foeneratam pecuniam non potuit.

**20.** Paulo; *Comentarios á Sabino, libro XI.*— Por razón del mandato no debe quedar nada en poder de aquel que aceptó el mandato, así como tampoco debe sufrir perjuicio, si no pudo cobrar la cantidad prestada á interés.

§ 1.—Fideiussori negotiorum gestorum est actio, si pro absente fideiusserit; nam mandati actio non potest competere, quum non antecesserit mandatum.

§ 1.—El fiador tiene la acción de gestión de negocios, si hubiere sido fiador por un ausente; porque no puede competer la acción de mandato, cuando no haya precedido mandato.

**21.** Ulpianus *libro XLVII. ad Sabinum.* — Quum mandatu alieno pro te fideiusserim, non possum adversus te habere actionem mandati, quemadmodum qui alienum mandatum intuitus spopondit; sed si non utique unius, sed utriusque mandatum intuitus id fecerim, habebo mandati actionem etiam adversus te, quemadmodum si duo mihi mandassent, ut tibi crederem, utrumque haberem obligatum.

**21.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XLVII.*—Cuando por mandato de otro hubiere sido yo fiador por tí, no puedo tener contra tí la acción de mandato, á la manera que el que prometió habiendo atendido al mandato de otro; pero si yo hubiere hecho esto habiendo atendido al mandato, no ciertamente de uno solo, sino de uno y otro, tendré la acción de mandato también contra tí, del mismo modo que si dos me hubiesen mandado, que yo te prestara, tendría obligados á ambos.

**22.** Paulus *libro XXXII. ad Edictum.* — Si mandavero tibi, ut pro me in diem fideiubeas, tuque pure fideiusseris, et solveris, utilius respondebitur, interim non esse tibi mandati actionem, sed quum dies venerit.

**22.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXXII.* —Si yo te hubiere mandado que por mí seas fiador hasta cierto día, y tú hubieres sido fiador puramente, y hubieres pagado, se responderá más convenientemente, que no tienes entretanto la acción de mandato, sino cuando haya vencido el término.

§ 1.—Item tractatum est, si, quum in diem deberem, mandatu meo in diem fideiusseris, et ante diem solveris, an statim habeas mandati actionem. Et quidam putant, praesentem quidem esse mandati actionem, sed tanti minorem, quanti mea intersit, superveniente die solutum fuisse; sed melius est dici, interim nec huius summae mandati agi posse, quando (3) non ullum (4) adhuc commodum meum sit, ut nec hoc ante diem solvam.

§ 1.—También se discutió, si, cuando yo debiese á término, y por mi mandato hubieres sido fiador hasta el mismo día, y hubieres pagado antes del término, tendrás desde luego la acción de mandato. Y opinan algunos, que de presente hay ciertamente la acción de mandato, pero por tanto menos cuanto me importe que al llegar el día se haya pagado; pero mejor es que se diga, que entretanto ni aún por esta suma puede intentarse la acción de mandato, cuando aún no me resulte utilidad alguna de que yo no pague esto antes del día.

§ 2.—Interdum evenit, ut meum negotium geram, et tamen utilem habeam mandati actionem, veluti quum debitor meus periculo suo debitorem suum mihi delegat, aut quum rogatu fideiussoris cum reo experior; nam quamvis debitum meum persequar, nihilominus et illius negotium gero;

§ 2.—A veces sucede, que yo sea gestor de negocio mío, y que sin embargo tenga la acción útil de mandato, como cuando un deudor mío me delega á su riesgo un deudor suyo, ó cuando á ruego del fiador demando al deudor; porque aunque yo persiga un débito mío, soy, no obstante, gestor tam-

(1) *Según la escritura original;* Servus meus si, *Taur. según corrección del códice Fl., Br.*
(2) alienare, *Hal.*

(3) quoniam, *Hal. Vulg.*
(4) nullum, *Vulg.*

igitur quod minus servavero, consequar mandati actione.

§ 3.—Si hi, quorum res veneunt, quas pignori dederunt, supposuerunt emtores, et iis emendas res mandent, mandatum intelligitur, licet quantum ad meram rationem mandatum non constitit (1); nam quum rem tuam emas, nulla emtio est in tua persona rei tuae.

§ 4.— Iulianus scripsit, mandati obligationem consistere etiam in rem eius, qui mandatum suscipit, ex eo maxime probari, quod, si pluribus heredibus vendentibus uni mandavero, ut rem hereditariam (2) emeret, etiam pro ea parte, qua heres sit, obligatur mandati actione, et obligat (3); et sane si ille propter hoc extraneo rem non addixerit, quod mandatum susceperat, ex bona fide esse, praestare ei pretium, quanti vendere poterat, et contra, si emtor ad emtionem rei sibi necessariae idcirco non accesserat, quod heredi praecepisset (4), se ei emturum, aequissimum esse, mandati iudicio praestari, quanti eius interfuit emtam rem habere.

§ 5.—Is, cuius bona publicata sunt, mandare alicui potest, ut ea emat, et si emerit, utilis erit mandati actio, si non praestet fidem; quod ideo receptum est, quia publicatis bonis quidquid postea acquiritur, non sequitur fiscum.

§ 6.—Qui aedem sacram spoliandam, hominem vulnerandum, occidendum mandatum (5) suscipiat, nihil mandati iudicio consequi potest propter turpitudinem mandati.

§ 7.—Si tibi centum dedero, ut ea Titio dares, tuque non dederis, sed consumseris, et mandati, et furti teneri te Proculus ait; aut si ita dederim, ut quae (6) velles, dares, mandati tantummodo.

§ 8.—Si mandaverim servo tuo, ut quod tibi debeam, solveret meo nomine, Neratius scribit, quamvis mutuatus servus pecuniam rationibus tuis quasi a me receptam intulerit, tamen, si numos a creditore non ita acceperit, ut meo nomine daret, nec liberari me, nec te mandati mecum acturum; quodsi sic mutuatus sit, ut pecuniam meo nomine daret, utrumque contra esse, nec referre, alius quis, an idem ipse servus nomine tuo, quod pro me solvebatur, acceperit; et hoc verius est, quoniam, quoties suos numos accipit creditor, non contingit liberatio debitori.

§ 9.—Fugitivus meus, quum apud furem esset, pecuniam acquisiit, et ex ea servos paravit, eosque Titius per traditionem a venditore accepit. Mela ait, mandati actione me consecuturum, ut restituat mihi Titius, quia servus meus mandasse Titio videbatur, ut per traditionem acciperet, si modo rogatu servi hoc fecerit; quodsi sine voluntate eius venditor Titio tradiderit, tunc posse me ex emto agere, ut mihi eos venditor traderet, venditoremque per condictionem a Titio repetiturum, si servos

(1) consistat, *Hal. Vulg.*
(2) mihi, *inserta la Vulg.*
(3) me, *inserta la Vulg.*

bién de negocio de aquel; así, pues, lo que de menos hubiere yo recobrado, lo conseguiré por la acción de mandato.

§ 3.—Si aquellos cuyas cosas, que dieron en prenda, son vendidas, supusieron compradores, y les mandasen que compraran las cosas, se entiende que hay mandato, aunque el mandato no consiste en cuanto á la mera razón; porque cuando compras tu propia cosa, no hay compra alguna de tu propia cosa respecto á tu persona.

§ 4.—Escribió Juliano, que la obligación de mandato consiste también respecto á cosa de aquel que acepta el mandato, y que especialmente se prueba por esto, porque si vendiéndolos muchos herederos, hubiere yo mandado á uno solo que compre los bienes de la herencia, se obliga, y obliga por la acción del mandato aún por aquella parte en que sea heredero; y á la verdad, si él no hubiere vendido la cosa á un extraño por esto, porque había aceptado el mandato, es de buena fe, que se le pague el precio en que podía venderla, y al contrario, si el comprador no había efectuado la compra de cosa para él necesaria, precisamente porque hubiese mandado al heredero que él se la comprara, es muy justo que se le pague por la acción de mandato cuanto le importó haber comprado aquella cosa.

§ 5.—Aquel cuyos bienes fueron confiscados, puede mandar á alguien que los compre, y si los comprare, habrá la acción útil de mandato, si no procediera con fidelidad; lo que está admitido por esto, porque, confiscados los bienes, lo que después se adquiere no corresponde al fisco.

§ 6.—El que acepte mandato para despojar un edificio sagrado, ó para herir ó matar á un hombre, no puede conseguir nada con la acción de mandato por causa de la torpeza del mandato.

§ 7.—Si yo te hubiere dado ciento para que los dieras á Ticio, y tú no se los hubieres dado, sino que los hubieres gastado, dice Próculo, que quedas obligado así por la acción de mandato, como por la de hurto; ó si yo te los hubiere dado de este modo, para que le dieras lo que quisieras, solamente por la de mandato.

§ 8.—Si yo hubiere mandado á un esclavo tuyo, que te pagase en mi nombre lo que yo te debiera, escribe Neracio, que aunque habiendo tomado el esclavo dinero en mútuo lo hubiere puesto en tus cuentas como recibido de mí, sin embargo, si del acreedor no hubiere recibido el dinero para que lo diese en mi nombre, ni yo quedo libre de la obligación, ni tú ejercitarás contra mí la acción de mandato; pero si lo hubiera tomado en mútuo para dar el dinero en mi nombre, una y otra cosa es al contrario, y no importa que otro cualquiera, ó que el mismo esclavo haya recibido en tu nombre lo que por mí se pagaba; y esto es más verdadero, porque no tiene lugar para el deudor la liberación, siempre que el acreedor recibe su propio dinero.

§ 9.—Un esclavo mío fugitivo, hallándose en poder de un ladrón, adquirió dinero, y con él compró esclavos, y Ticio los recibió del vendedor por tradición. Dice Mela, que conseguiré por la acción de mandato, que Ticio me los restituya, porque parecía que mi esclavo le mandó á Ticio, que los recibiese por tradición, si es que esto lo hubiere hecho á ruego del esclavo; pero que si sin la voluntad de éste el vendedor los hubiere entregado á Ticio, entonces puedo ejercitar la acción de compra, para

(4) quod heres recepisset, *Hal.*
(5) mandatu, *acertadamente Hal.*
(6) cui, *Vulg.*

tradiderit Titio, quos non debuerit, quum debere se existimaret.

que el vendedor me los entregue, y el vendedor los reclamará de Ticio por la condicción, si hubiere entregado á Ticio los esclavos que no hubiere debido, creyendo que él se los debía.

§ 10.—Si curator bonorum venditionem quidem fecerit, pecuniam autem creditoribus non solverit, Trebatius, Ofilius, Labeo responderunt, his, qui praesentes fuerunt, competere adversus eum mandati actionem, his autem, qui absentes fuerunt, negotiorum gestorum actionem esse. Atquin si praesentium mandatum executus id egit, negotiorum gestorum actio absentibus non est, nisi forte adversus eos, qui mandaverunt curatori, tanquam si negotia absentium gesserint; quodsi, quum soli creditores se esse existimarent, id mandaverint, in factum actio absentibus danda est in eos, qui mandaverint.

§ 10.—Si el curador hubiere hecho verdaderamente la venta de los bienes, pero no hubiere pagado el dinero á los acreedores, respondieron Trebacio, Ofilio y Labeon, que á los que estuvieron presentes les compete contra él la acción de mandato, pero que los que estuvieron ausentes tienen la acción de gestión de negocios. Pero si hizo esto habiendo ejecutado mandato de los presentes, no tienen los ausentes la acción de gestión de negocios, sino acaso contra los que mandaron al curador, como si hubieren sido gestores de los negocios de los ausentes; pero si hubieren mandado esto, creyendo que ellos solos eran acreedores, se ha de dar á los ausentes la acción por el hecho contra los que lo hubieren mandado.

§ 11.—Sicut autem liberum est, mandatum non suscipere, ita susceptum consummari oportet, nisi renuntiatum sit. Renuntiari autem ita potest, ut integrum ius mandatori reservetur vel per se, vel per alium eandem rem commode explicandi, aut si (1) redundet in eum captio, qui suscepit mandatum. Et quidem si is, cui mandatum est, ut aliquid mercaretur, mercatus non sit, neque renuntiaverit, se non emturum, idque sua, non alterius culpa fecerit, mandati actione teneri eum convenit; hoc amplius tenebitur, sicuti Mela quoque scripsit, si eo tempore per fraudem renuntiaverit, quum iam recte emere non posset.

§ 11.—Mas asi como hay libertad para no aceptar un mandato, así debe ejecutarse el aceptado, si no se hubiera renunciado. Mas puede renunciarse de modo, que se reserve íntegro al mandante su derecho para ejecutar cómodamente la misma cosa ó por sí, ó por medio de otro, ó si recayera perjuicio sobre aquel que aceptó el mandato. Y á la verdad, si aquel á quien se mandó que comprara alguna cosa, no la hubiera comprado, ni hubiere manifestado que él no la comprará, y esto lo hiciere por culpa suya, no por la de otro, conviene que él quede obligado por la acción de mandato; y tanto más se obligará, como también escribió Mela, si por fraude lo hubiere hecho saber á tiempo en que ya no pudiera comprarla convenientemente.

**23.** HERMOGENIANUS *libro II. iuris Epitomarum* (2).—Sane si valetudinis adversae (3), vel capitalium inimicitiarum (4),

**23.** HERMOGENIANO; *Epitome del derecho, libro II.*—Pero si por causa de mala salud, ó de capitales enemistades,

**24.** PAULUS *libro II. Sententiarum.*— seu ob inanes (5) rei actiones,

**24.** PAULO; *Sentencias, libro II.*—ó de ser inútiles las acciones para la cosa,

**25.** HERMOGENIANUS *libro II. iuris Epitomarum* (6).—seu ob aliam iustam causam excusationes alleget, audiendus est.

**25.** HERMOGENIANO; *Epitome del derecho, libro II.*—ó por otra justa causa alegara excusas, ha de ser oido.

**26.** PAULUS *libro XXXII. ad Edictum.*—Inter causas omittendi (7) mandati etiam mors mandatoris est, nam mandatum solvitur morte; si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis causa dicitur. Iulianus quoque scripsit, mandatoris morte solvi mandatum, sed obligationem aliquando durare.

**26.** PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXII.*—Entre las causas de no cumplir el mandato se halla también la muerte del mandante, porque el mandato se disuelve por la muerte; pero si se cumplimentó por ignorancia, dícese que compete acción por causa de utilidad. También escribió Juliano, que por la muerte del mandante se disuelve el mandato, pero que alguna vez subsiste la obligación.

§ 1.—Si quis debitori suo mandaverit, ut Titio solveret, et debitor mortuo eo, quum id ignoraret, solverit, liberari eum oportet.

§ 1.—Si alguno hubiere mandado á su deudor, que pagase á Ticio, y muerto él hubiere pagado el deudor, ignorándolo, debe éste quedar libre.

§ 2.— Abesse intelligitur pecunia fideiussori, etiamsi debitor ab eo delegatus sit creditori, licet is solvendo non fuerit, quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum.

§ 2.—Se entiende respecto al fiador que queda pagado el dinero, aunque por él haya sido delegado para el acreedor un deudor, y éste no fuere solvente, porque hace buena la deuda el acreedor, que admite al deudor delegado.

§ 3.—Si is, qui fideiussori donare vult, creditorem eius habeat debitorem suum, eumque liberaverit, continuo aget fideiussor mandati, quatenus nihil intersit, utrum numos solverit creditori, an eum liberaverit.

§ 3.—Si el que quiere hacer donación al fiador tuviera como deudor suyo al acreedor de aquél, y le hubiere librado de la obligación, inmediatamente ejercitará el fiador la acción de mandato, puesto que nada importa que haya pagado el dinero al acreedor, ó que le haya librado de la obligación.

(1) non, *inserta la Vulg.*
(2) ἐπιτομῶν, *Hal.*
(3) *Según antigua corrección del códice Fl.;* adversariae, *Taur. según la escritura original, Br.*
(4) causa, *añade la Vulg.*

(5) immanes, *Vulg.*
(6) *Véase la nota 2.*
(7) obmittendi, *Hal.*

§ 4.—Praeterea sciendum est, non plus fideiussorem consequi debere mandati iudicio, quam quod solverit.

§ 5.—Mandatu tuo fideiussi decem, et procuratori creditoris solvi; si verus procurator fuit, statim mandati agam, quodsi procurator non est, repetam ab eo.

§ 6.—Non omnia, quae impensurus non fuit, mandatori (1) imputabit, veluti quod spoliatus sit a latronibus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumque apprehensus quaedam erogaverit; nam haec magis casibus, quam mandato imputari oportet.

§ 7.—Sed quum servus, quem mandatu meo emeras, furtum tibi fecisset, Neratius ait, mandati actione te consecuturum, ut servus tibi noxae dedatur, si tamen sine culpa tua id acciderit; quodsi ego sciissem talem esse servum, nec praedixissem, ut posses (2) praecavere, tunc, quanti tua intersit, tantum tibi praestari oportet.

§ 8.—Faber mandatu amici sui emit servum decem et fabricam docuit, deinde vendidit eum viginti, quos mandati iudicio coactus est solvere mox quasi homo non erat sanus, emtori damnatus (3) est; Mela ait, non praestiturum id ei mandatorem, nisi, posteaquam emisset, sine dolo malo eius hoc vitium habere coeperit servus; sed si iussu mandatoris eum docuerit, contra fore, tunc enim et mercedem, et cibaria consecuturum, nisi si, ut gratis doceret, rogatus sit.

§ 4.—Ha de saberse además, que el fiador no debe obtener con la ación de mandato más que lo que haya pagado.

§ 5.—Por mandato tuyo fuí fiador por diez, y los pagué al procurador del acreedor; si fué verdadero procurador, ejercitaré desde luego la acción de mandato, pero si no es procurador, los reclamaré de él.

§ 6.—No pondrá en cuenta al mandante todo lo que no debió gastar, como porque haya sido despojado por ladrones, ó hubiere perdido la cosa en un naufragio, ó presa de enfermedad propia y de la de los suyos hubiere gastado algo; porque esto debe imputarse más bien á casos fortuitos, que al mandato.

§ 7.—Pero cuando el esclavo, que por mandato mío habías comprado, te hubiese hecho un hurto, dice Neracio, que conseguirás por la acción de mandato, que se te entregue el esclavo por la noxa, si, no obstante, esto hubiere sucedido sin culpa tuya; pero si yo hubiese sabido que tal era el esclavo, y no te lo hubiese prevenido para que pudieras precaverte, entonces debe pagársete tanto cuanto te importe.

§ 8.—Por mandato de un amigo suyo compró un artesano por diez un esclavo, y le enseñó su oficio, después lo vendió por veinte, los que fué obligado á pagar por la acción de mandato, y luego, como porque el esclavo no estaba sano, fué condenado á favor del comprador; dice Mela, que el mandante no le habrá de pagar esto, sino si, después que lo hubiese comprado, sin dolo malo de él hubiere comenzado el esclavo á tener este vicio; pero que si le hubiere enseñado por mandato del mandante, sería al contrario, porque entonces conseguirá así el salario, como los alimentos, si no hubiera sido rogado para que le enseñase de balde.

**27.** Gaius *libro IX. ad Edictum provinciale.*—Si quis alicui scripserit, ut debitorem suum liberet, seque eam pecuniam, quam is debuerit, soluturum, mandati actione tenetur.

§ 1.—Si servum ea lege tibi tradidero, ut eum post mortem meam manumitteres, consistit (4) obligatio; potest autem et in mea quoque persona agendi causa intervenire, veluti si poenitentia acta servum recuperare velim.

§ 2.—Qui mandatum suscepit, si potest id explere, deserere promissum officium non debet, alioquin quanti mandatoris intersit, damnabitur; si vero intelligit, explere se id officium non posse, id ipsum, quum primum poterit, debet mandatori nuntiare, ut is, si velit, alterius opera utatur; quodsi, quum possit nuntiare, cessaverit, quanti mandatoris intersit, tenebitur; si aliqua ex causa non poterit nuntiare, securus erit.

§ 3.—Morte quoque eius, cui mandatum est, si is integro adhuc mandato decesserit, solvitur mandatum, et ob id heres eius, licet exsecutus fuerit mandatum, non habet mandati actionem.

§ 4.—Impendia mandati exsequendi gratia facta, si bona fide facta sunt, restitui omnimodo debent, nec ad rem pertinet, quod is, qui mandasset, potuisset, si ipse negotium gereret, minus impendere.

**27.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro IX.*—Si alguno hubiere escrito á otro, que libre de la obligación á su propio deudor, y que él pagará el dinero que este debiere, queda obligado por la acción de mandato.

§ 1.—Si yo te hubiere entregado un esclavo con la condición de que lo manumitieras después de mi muerte, constitúyese obligación; mas puede intervenir causa para ejercitar acción también respecto á mi persona, como si habiéndome arrepentido quisiera yo recuperar el esclavo.

§ 2.—El que aceptó un mandato, si puede cumplirlo, no debe abandonar el servicio prometido, y de lo contrario, será condenado en cuanto importe al mandante; pero si entiende que no puede cumplir él aquel encargo, debe manifestarle esto mismo al mandante, cuanto antes pudiere, para que, si quisiera, utilice los servicios de otro; pero si pudiendo hacérselo saber, hubiere dejado de hacerlo, quedará obligado por cuanto importe al mandante; mas si por alguna causa no pudiere hacérselo saber, estará exento de obligación.

§ 3.—También se disuelve el mandato por la muerte de aquel á quien se mandó, si éste hubiere fallecido hallándose todavía íntegro el mandato, y por esto su heredero, aunque se hubiere ejecutado el mandato, no tiene la acción de mandato.

§ 4.—Los gastos hechos para cumplimentar el mandato, si fueron hechos de buena fé, deben de todos modos ser restituidos, y no importa al caso, que el que hubiese mandado hubiera podido gastar menos, si él mismo fuera gestor del negocio.

(1) mandatorImputabit. *Taur. según costumbre.*
(2) *Hal.;* possis, *Fl.*

(3) *Taur. según corrección del códice Fl.;* damandatus, *la escritura original.*
(4) *Vulg.;* constitit, *Fl. según costumbre.*

§ 5.—Si mandatu meo Titio credideris, et mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quam si actiones tuas, quas adversus Titium habes, mihi praestiteris; sed si cum Titio egeris, ego quidem non liberabor, sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod a Titio servare non potueris.

§ 5.—Si por mi mandato hubieres prestado á Ticio, y ejercitares contra mí la acción de mandato, no debo ser condenado de otro modo, que si me hubieres cedido las acciones, que tienes contra Ticio; pero si reclamares contra Ticio, yo ciertamente no quedaré libre, pero te estaré obligado solamente por lo que no hubieres podido recobrar de Ticio.

**28.** Ulpianus *libro XIV. ad Edictum.*—Papinianus libro tertio (1) Quaestionum ait, mandatorem debitoris solventem ipso iure reum non liberare; propter mandatum enim suum solvit, et suo nomine, ideoque mandatori actiones putat adversus reum cedi debere.

**28.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XIV.*—Dice Papiniano en el libro tercero de las Cuestiones, que pagando el mandante del deudor, no exime de derecho al deudor; porque paga por causa de su propio mandato, y en su propio nombre, y por esto opina que deben cederse al mandante las acciones contra el deudor.

**29.** Idem *libro VII. Disputationum* (2).—Si fideiussor conventus, quum ignoraret non fuisse debitori numeratam pecuniam, solverit ex causa fideiussionis, an mandati iudicio persequi possit id, quod solverit, quaeritur. Et si quidem sciens praetermiserit exceptionem vel doli, vel non numeratae pecuniae, videtur dolo versari, dissoluta enim negligentia prope dolum est; ubi vero ignoravit, nihil, quod ei imputetur. Pari ratione et si aliqua exceptio debitori competebat, pacti forte conventi, vel cuius alterius rei, et ignarus hanc exceptionem non exercebit, dici oportet, ei mandati actionem competere; potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare fideiussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum.

**29.** El mismo; *Disputas, libro VII.*—Si demandado el fiador, ignorando que no se había entregado el dinero al deudor, hubiere pagado por causa de la fianza, pregúntase, si por la acción de mandato podrá repetir lo que hubiere pagado. Y si verdaderamente á sabiendas hubiere dejado de oponer la excepción ó de dolo, ó del dinero no contado, parece que procede con dolo, porque la demasiada negligencia es próxima al dolo; pero si lo ignoró, nada hay que se le impute. Por igual razón, también si competía al deudor alguna excepción, acaso de pacto convenido, ó de alguna otra cosa, é ignorándolo no ejercitare esta excepción, debe decirse, que le compete la acción de mandato; porque pudo y debió el reo de prometer hacérselo saber á su fiador, no sea que ignorándolo pague lo no debido.

§ 1.—Non male tractabitur, si, quum ignoraret fideiussor inutiliter se obligatum, solverit, an mandati actionem habeat? Et si quidem factum ignoravit, recipi ignorantia eius potest, si vero ius, aliud dici debet.

§ 1.—No se examinará fuera de propósito, si ignorando el fiador que se había obligado inútilmente hubiere pagado, ¿tendrá acaso la acción de mandato? Y si verdaderamente ignoró el hecho, puede admitirse su ignorancia, pero si el derecho, debe decirse otra cosa.

§ 2.—Si, quum debitor solvisset, ignarus fideiussor solverit, puto eum mandati habere actionem; ignoscendum est enim ei, si non divinavit, debitorem solvisse, debitor enim debuit notum facere fideiussori, iam se solvisse, ne forte creditor obrepat, et ignorantiam eius circumveniat, et excutiat ei summam, in quam fideiussit.

§ 2.—Si habiendo pagado el deudor, pagare, ignorándolo, el fiador, opino que tiene éste la acción de mandato; porque se le ha de dispensar si no adivinó que el deudor había pagado, pues el deudor debió hacer saber al fiador, que ya él había pagado, para que acaso el acreedor no sorprenda, y esplote su ignorancia, y le exija la cantidad por la que salió fiador.

§ 3.—Hoc idem tractari et in fideiussore potest, si, quum solvisset, non certioravit reum, sic deinde reus solvit, quod solvere eum non oportebat; et credo, si, quum posset eum certiorare, non fecit, oportere mandati agentem fideiussorem repelli. Dolo enim proximum est, si post solutionem non nuntiaverit debitori; cedere autem reus indebiti actione fideiussori debet, ne duplum creditor consequatur.

§ 3.—Esto mismo puede discutirse también respecto al fiador, si cuando hubiese pagado no lo hizo saber al deudor, y de este modo pagó después el deudor lo que él no debía pagar; y creo, que si pudiendo hacérselo saber, no lo hizo, debe ser repelido el fiador que ejercite la acción de mandato. Porque es próximo al dolo, si después del pago no se lo hubiere hecho saber al deudor; pero el deudor debe ceder al fiador la acción de lo no debido, para que el acreedor no consiga el duplo.

§ 4.—Quaedam tamen etsi sciens omittat fideiussor, caret fraude, utputa si exceptionem procuratoriam omisit sive sciens, sive ignarus; de bona fide enim agitur, cui non congruit de apicibus iuris disputare, sed de hoc tantum, debitor fuerit, nec ne.

§ 4.—Mas aunque á sabiendas omita el fiador algunas cosas, está exento de fraude, como si á sabiendas, ó ignorándolo, omitió la excepción procuratoria; porque se trata de buena fé, á la cual no es consiguiente disputar minuciosidades del derecho, sino solamente sobre esto, si fuere, ó no, deudor.

§ 5.—In omnibus autem visionibus, quae propositae sint, ubi creditor vel non numeratam pecuniam accepit (3), vel numeratam iterum accepit, repetitio contra eum competit, nisi ex condemnatione fuerit ei pecunia soluta; tunc enim propter auctoritatem rei iudicatae repetitio quidem cessat,

§ 5.—Mas en todos los casos, que se han propuesto, cuando el acredor ó no recibió el dinero al contado, ó lo recibió segunda vez al contado, compete contra él la repetición, si no se le hubiere pagado el dinero en virtud de condena; porque entonces deja de haber ciertamente la repetición por causa

(1) decimo, *inserta Hal.*
(2) libro XXXI. ad edictum, *Hal.*

(3) *Vulg.*; accipit, *Fl.*

ipse autem stellionatus crimine propter suam calliditatem (1) plectetur.

§ 6.—Fideiussor, si solus tempore liberatus tamen solverit creditori, recte mandati habebit actionem adversus reum; quamquam enim iam liberatus solvit, tamen fidem implevit, et debitorem liberavit. Si igitur paratus sit defendere reum adversus creditorem, aequissimum est, mandati iudicio eum, quod solvit, recuperare; et ita Iuliano videtur.

**30.** Iulianus *libro XIII. Digestorum.* —Si hominem tibi dedero, ut eum manumitteres, et postea procurator meus prohibuerit, ne manumitteres, an mandati agere possim, si tu eum manumiseris? Respondi: si procurator iustam causam habuit interpellandi manumissionem servi, quem in hoc solum acceperam, ut manumitterem, veluti si compererit, eum postea falsas rationes confecisse, insidias vitae prioris domini struxisse, tenebor, nisi denuntiationi procuratoris paruero; si vero nulla iusta causa procuratori fuit denuntiandi, ne servus manumitteretur, non poterit mecum agi, quamvis ad libertatem eum perduxerim.

**31.** Idem *libro XIV. Digestorum.*— Si negotia mea mandavero gerenda ei, qui mihi actione (2) in quadruplum tenebatur, post annum vero in simplum, etsi post annum cum eo mandati agam, praestare mihi quadruplum debebit; nam qui alterius negotia administranda suscipit, id praestare debet in sua persona, quod in aliorum.

**32.** Idem *libro III. ad Urseium Ferocem.*— Si hereditatem aliter aditurus non essem, quam cautum mihi fuisset, damnum praestari, et hoc mandatum intercessisset, fore mandati actionem existimo. Si quis (3) autem mandaverit alicui, ne legatum a se repellat (4), longe ei dissimile esse; nam legatum acquisitum nunquam illi damno esse potuit, hereditas interdum damnosa est. In summa quicunque contractus tales sunt, ut quicunque eorum nomine fideiussor obligari possit (5), et mandati obligationem consistere puto; neque enim multum referre, praesens quis interrogatus fideiubeat, an (6) absens mandet; praeterea vulgo animadvertere licet, mandatu creditorum hereditates suspectas adiri, quod mandati iudicio teneri procul dubio est.

**33.** (Idem) (7) *libro IV. ex Minicio* (8).—Rogatus, ut fideiuberet, si in minorem summam se obligavit, recte tenetur, si in maiorem, Iulianus (9) verius putat, quod a plerisque responsum est, eum, qui (10) maiorem summam, quam rogatus erat, fideiussisset, hactenus mandati actionem habere, quatenus rogatus esset, quia id fecisset, quod

de la autoridad de la cosa juzgada, pero él mismo será castigado por causa de su engaño por el delito de estelionato.

§ 6.—El fiador, si liberado solo él por el lapso de tiempo hubiere sin embargo pagado al acreedor, con razón tendrá la acción de mandato contra el deudor; porque aunque pagó ya libre, cumplió, sin embargo, con su afianzamiento, y libró de su obligación al deudor. Así, pues, si estuviera dispuesto á defender al deudor contra el acreedor, es muy justo que él recupere por la acción de mandato lo que pagó; y así le parece bien á Juliano.

**30.** Juliano; *Digesto, libro XIII.*—Si yo te hubiere dado un esclavo para que lo manumitieses, y después mi procurador hubiere prohibido que lo manumitieras, ¿podré ejercitar la acción de mandato, si lo hubieres manumitido? Respondí: si el procurador tuvo justa causa para impedir la manumisión del esclavo, que para esto solo lo había yo recibido, para manumitirlo, por ejemplo, si aquél hubiere averiguado que este formalizó después cuentas falsas, ó tramó acechanzas contra la vida de su anterior dueño, estaré obligado, si yo no hubiere atendido al aviso del procurador; pero si el procurador no tuvo justa causa para intimar que no fuese manumitido el esclavo, no podrá ejercitarse acción contra mí, aunque yo le hubiere puesto en libertad.

**31.** El mismo; *Digesto, libro XIV.*—Si yo le hubiere encomendado la gestión de mis negocios á quien me estaba obligado por acción en el cuádruplo, pero después de un año en el simple importe, aunque después del año ejercite yo contra él la acción de mandato, deberá pagarme el cuádruplo; porque el que para administrarlos toma á su cargo los negocios de otro, debe responder respecto á su persona de lo que respecto á la de otros.

**32.** El mismo; *Comentarios á Urseyo Ferox, libro III.*—Si yo no hubiese de adir la herencia de otro modo que si se me hubiese dado caución de respondérseme de daño, y hubiese mediado este mandato, opino que habrá la acción de mandato. Pero si alguno hubiere mandado á otro, que no rechace un legado, es cosa muy desemejante de esta; porque el legado adquirido nunca le pudo perjudicar, y la herencia es á veces gravosa. En suma, si cualesquiera contratos son tales, que por razón de los mismos pueda obligarse cualquier fiador, opino que también tiene lugar la obligación de mandato; porque no importa mucho que interrogado uno, que esté presente, afianze, ó que mande un ausente; además de lo que debe tenerse en general presente, que las herencias sospechosas son adidas por mandato de los acreedores, por lo que está lejos de duda que quedan obligados por la acción de mandato.

**33.** El mismo; *Doctrina de Minicio, libro IV.*—El que fué rogado para que fuese fiador, si se obligó por menor suma, se obliga válidamente, si por mayor, Juliano considera más verdadero lo que se respondió por los más, que el que hubiese afianzado mayor suma que aquella para la que había sido rogado, tiene la acción de mandato por tanto

(1) *Taur. anota al márgen;* callitatem, *en el texto;* caluitatem, *Hal.*
(2) intra annum, *insertan Hal. Vulg.*
(3) *Taur. anota al márgen;* quae, *en el texto.*
(4) *Según corrección del códice Fl., Br.;* repellet, *en la escritura original.*
(5) *Hal;* posset, *Fl.*

(6) praesens vel, *inserta la Vulg.*
(7) *Br. encierra* (Idem) *dentro de un paréntesis, pero no Taur.*
(8) libro III. ex Minutio, *Hal.*
(9) Iulianus, *omitela Hal.*
(10) in, *insertan Hal. Vulg.*

mandatum ei est; nam usque ad eam summam, in quam rogatus erat, fidem eius spectasse videtur, qui rogavit.

cuanto se le hubiese rogado, porque habría hecho lo que se le mandó; porque hasta aquella suma, para la que había sido rogado, parece que atendió á la confianza del que le rogó.

**34.** (Africanus) (1) *libro VIII. Quaestionum.*—Qui negotia Lucii Titii procurabat, is, quum a debitoribus eius pecuniam exegisset, epistolam ad eum emisit, qua significaret, certam summam ex administratione apud se esse, eamque creditam sibi se debiturum cum usuris semissibus; quaesitum est, an ex ea causa credita pecunia peti possit, et an usurae peti possint? Respondit, non esse creditam, alioquin dicendum, ex omni contractu nuda pactione pecuniam creditam fieri posse. Nec huic simile esse, quod si pecuniam apud te depositam convenerit, ut creditam habeas, credita fiat, quia tunc numi, qui mei erant, tui fiunt. Item, quod si a debitore meo iussero te accipere pecuniam, credita fiat, id enim benigne receptum est; his argumentum esse, eum, qui, quum mutuam pecuniam dare vellet, argentum vendendum dedisset, nihilo magis pecuniam creditam recte petiturum, et tamen pecuniam ex argento redactam periculo eius fore, qui accepisset argentum. Et in proposito igitur dicendum, actione mandati obligatum fore procuratorem, ut, quamvis ipsius periculo numi fuerint, tamen usuras, de quibus convenerit, praestare debeat.

**34.** Africano; *Cuestiones, libro VIII.*—El que era procurador de los negocios de Lucio Ticio, habiendo cobrado de los deudores de este el dinero, le escribió una carta en la que le indicaba que tenía en su poder cierta suma de la administración, y que él la deberá con intereses al seis por ciento como habiéndosele prestado; se preguntó, ¿podrá pedirse por esta causa el dinero como prestado, y podrán pedirse los intereses? Respondió, que no había sido prestado, pues de otro modo se habrá de decir, que en virtud de todo contrato puede hacerse que quede prestado por nudo pacto el dinero. Y no es semejante á esto, que si se hubiere convenido que el dinero depositado en tu poder lo tengas como prestado, quede prestado, porque entonces las monedas que eran mías se hacen tuyas. Asimismo, que si yo hubiere mandado que recibas dinero de un deudor mío, quede prestado, porque esto se admitió por tolerancia; y que es prueba de esto, que aquel que queriendo dar dinero en mútuo hubiese dado plata para venderla, pedirá no obstante con razón el dinero prestado, y sin embargo el dinero obtenido de la plata estará á riesgo de aquel que hubiese recibido la plata. Y así, en el caso propuesto se ha de decir, que el procurador estará obligado por la acción de mandato, para que aunque las monedas hayan estado á riesgo del mismo, deba sin embargo pagar los intereses sobre que se hubiere convenido.

§ 1.—Quum heres ex parte esses, mandavi tibi, ut praedium hereditarium mihi emeres certo pretio; emisti; pro coheredum quidem partibus non dubie mandati actio est inter nos, pro tua autem parte posse dubitari ait, utrumne ex emto, an mandati agi oporteat; neque enim sine ratione quem existimaturum, pro hac parte sub conditione contractam emtionem; quod quidem maxime quaeri pertinere ait, ut, si forte, priusquam emtio fieret, decesserim, et tu, quum scires me decessisse, propter mandatum meum alii vendere nolueris (2), an heres meus eo nomine tibi sit obligatus? Et retro, si alii vendideris, an heredi meo tenearis? Nam si quidem sub conditione emtio facta videtur, potest agi, quemadmodum si quaevis alia conditio post mortem extitisset; sin vero (3) perinde mandati agendum sit, ac si alienum fundum emi mandassem, morte insecuta, quum id scieris, resoluto mandato nullam tibi actionem cum herede meo fore. Sed et si mandati agendum esset, eadem praestanda, quae praestarentur, si ex emto ageretur.

§ 1.—Siendo tú heredero de una parte, te mandé que compraras para mí por cierto precio un predio de la herencia; lo compraste, y ciertamente no es dudoso que hay entre nosotros la acción de mandato por las porciones de los coherederos, mas por tu parte dice que se puede dudar, si acaso convenga que se ejercite la acción de compra, ó la de mandato; porque no sin razón juzgará alguien, que respecto á esta parte fué contratada bajo condición la compra; lo que ciertamente dice que corresponde que principalmente se averigüe, porque si acaso hubiere yo fallecido antes que se hiciera la compra, y sabiendo tú que yo había fallecido no hubieres querido venderlo á otro por mi mandato, ¿te estará obligado por esta razón mi heredero? Y al contrario, si lo hubieres vendido á otro, ¿quedarás obligado á mi heredero? Porque si verdaderamente se entiende hecha bajo condición la compra, puede ejercitarse la acción, á la manera que si se hubiese cumplido otra cualquier condición después de la muerte; pero si se hubiera de ejercitar la acción de mandato lo mismo que si yo hubiese mandado que se comprara un fundo ajeno, habiendo sobrevenido la muerte, y sabiéndolo tú, disuelto el mandato no tendrás acción alguna contra mi heredero. Pero también si se hubiese de ejercitar la acción de mandato se ha de responder de lo mismo que se respondería, si se ejercitase la acción de compra.

**35.** (Neratius) (4) *libro V. Membranarum.*—Si fundum, qui ex parte tuus est, mandavi tibi, ut emeres mihi, verum est, mandatum posse ita consistere, ut mihi ceteris partibus redemtis etiam tuam partem praestare debeas. Sed si quidem cer-

**35.** Neracio; *Pergaminos, libro V.*—Si te mandé que compraras para mí un fundo, que en parte es tuyo, es verdad que puede de este modo haber mandato, para que compradas para mí las demás partes debas entregarme también tu parte. Pero si

(1) *Br. encierra* (Africanus) *dentro de un paréntesis por no leerse en el códice Fl.; pero no Taur.*
(2) velueris, *Vulg.*

(3) non, *inserta Hal.*
(4) *Véase la nota 1.*

to pretio emendas eas mandaverim, quanticunque aliorum partes redemeris, sic et tua pars coarctabitur, ut non abundet mandati quantitatem, in quam tibi emendum totum mandavi; sin autem nullo certo pretio constituto emere tibi mandaverim, tuque ex diversis pretiis partes ceterorum redemeris, et tuam partem viri boni arbitratu aestimato pretio dari oportet,

verdaderamente yo te hubiere mandado que las compraras por cierto precio, á la cantidad en que hubieres comprado las partes de los demás se reducirá tambien tu parte, de suerte que no exceda la cantidad del mandato, por la que te mandé comprar todo el fundo; pero si yo te hubiere mandado comprarlo sin haber fijado ningún precio cierto, y hubieres comprado á diversos precios las partes de los demás, se me debe dar también tu parte habiéndose estimado el precio á arbitrio de buen varón,

**36.** (Iavolenus) (1) *libro VII. ex Cassio.*— ita ut omnes summas, maiores et minores coacervet, et ita portionem ei, qui mandatum suscepit, praestet; quod et plerique probant.

§ 1.—Simili modo et in illa specie, ubi certo pretio tibi emere mandavi, et aliarum partium nomine commode negotium gessisti, et vilius emeris, pro tua parte tantum tibi praestatur, quanti interest tua, dummodo intra id pretium, quod mandato continetur. Quid enim fiet, si exiguo pretio hi, cum quibus tibi communis fundus erat, rem abiicere vel necessitate rei familiaris, vel alia causa cogerentur? Non (2) etiam tu ad idem dispendium deduceris, sed nec lucrum tibi ex hac causa acquirere debes, quum mandatum gratuitum esse debet; neque enim tibi concedendum est, propter hoc venditionem impedire, quod animosiorem eius rei emtorem esse, quam tibi mandatum est, cognoveris.

§ 2.— Quodsi fundum, qui per partes venit, emendum tibi mandassem, sed ita, ut non aliter mandato tenear, quam si totum fundum emeres, si totum emere non potueris, in partibus emendis tibi negotium gesseris, sive habueris in eo fundo partem, sive non; et eveniet, ut is, cui tale mandatum datum est, periculo suo interim partes emat, et nisi totum emerit, ingratus eas retineat. Propius est, ut cum huiusmodi incommodis mandatum suscipi possit, praestarique officium et in partibus emendis, perinde atque in toto, debet ab eo, qui tale mandatum sua sponte suscepit.

§ 3.—Quodsi mandassem tibi, ut fundum mihi emeres, non addito eo, ut non aliter mandato tenear, quam si totum emeres, et tu partem, vel quasdam partes eius emeris, tum habebimus sine dubio invicem mandati actionem, quamvis reliquas partes emere non potuisses.

**36.** Javoleno; *Doctrina de Cassio, libro VII.*— de suerte que reuna todas las sumas, las mayores y las menores, y así le pague su parte al que aceptó el mandato; lo que también aprueban los más.

§ 1.—Del mismo modo, también en este caso, cuando te mandé comprar por cierto precio, y respecto á las otras partes hiciste ventajoso negocio, y las comprares por menos, se te dá por tu parte tan solo cuanto te importa, con tal que sea dentro del precio que se contiene en el mandato. Porque, ¿qué se hará, si aquellos con quienes tenías en comun el fundo se vieran obligados á vender en corto precio la cosa, ó por necesidad de los negocios familiares, ó por otra causa? Tu no serás obligado también al mismo dispendio, pero tampoco debes obtener para tí lucro por esta causa, puesto que el mandato debe ser gratuito; porque ni se te ha de permitiir que impidas la venta, porque hubieres conocido que el comprador de aquella cosa quiera dar por ella más que lo que se te mandó.

§ 2.- Pero si yo te hubiese mandado comprar un fundo, que se vende por partes, pero de suerte que yo no quede obligado por el mandato de otro modo que si comprases todo el fundo, si no lo hubieres podido comprar todo, al comprar las partes habrás hecho tu propio negocio, ya hayas tenido, ya no, parte en aquel fundo; y sucederá, que aquel á quien se dió tal mandato, comprará mientras tanto á su riesgo las porciones, y que si no lo hubiere comprado todo, las retendrá contra su gusto. Es más cierto que pueda aceptarse mandato con tales inconvenientes, y que por el que voluntariamente aceptó tal mandato debe prestarse oficiosidad lo mismo en la compra de las partes, que en la del todo.

§ 3.—Pero si yo te hubiese mandado que compraras para mí el fundo, no habiendo añadido que no quedaré obligado por el mandato de otro modo que si lo comprases todo, y tu hubieres comprado una parte, ó algunas partes del mismo, sin duda que en este caso tendremos recíprocamente la acción de mandato, aunque no hubieses podido comprar las demás partes.

**37.** Africanus *libro VIII. Quaestionum.*—Hominem certum pro te dari fideiussi, et solvi; quum mandati agatur, aestimatio eius ad id potius tempus, quo solutus sit, non quo agatur, referri debet; et ideo, etiamsi mortuus fuerit, nihilominus utilis ea actio est. Aliter in stipulatione servatur, nam tunc id tempus spectatur, quo agitur, nisi forte aut per promissorem steterit, quominus sua die solveret, aut per creditorem, quominus acciperet; etenim neutri eorum frustratio sua prodesse debet.

**37.** Africano; *Cuestiones, libro VIII.*—Fuí fiador de que por tí se daría cierto esclavo, y pagué; cuando se ejercite la acción de mandato, la estimación de él debe referirse más bien al tiempo en que se haya pagado, que no á aquel en que se ejercite la acción; y por esto, aunque haya muerto, hay no obstante la acción útil. Otra cosa se observa en la estipulación, porque en ella se atiende al tiempo en que se ejercita la acción, si acaso no hubiere consistido, ó en el prometedor, que no pagase en su dia, ó en el acreedor, que no cobrase; porque á ninguno de ellos debe aprovecharle su propio fraude.

**38.** Marcellus *libro singulari Responsorum.*—Lucius Titius Publio Maevio filio naturali do-

**38.** Marcelo; *Respuestas, libro único.*—Lucio Ticio permitió á Publio Mevio, su hijo natural, que

(1) *Véase la nota 1 de la página anterior.*

(2) Num — deducereris, *Hal.*

mum communem permisit, non donationis causa creditori filii obligare; postea Maevio defuncto relicta pupilla, tutores eius iudicem adversus Titium acceperunt, et Titius de mutuis petitionibus (1); (quaero, an domus pars, quam Titius) obligandam filio suo accommodavit, arbitratu iudicis liberari debeat? Marcellus respondit, an, et quando debeat liberari, ex persona debitoris, itemque ex eo, quod inter contrahentes actum esset, ac tempore, quo res, de qua quaereretur, obligata fuisset, iudicem aestimaturum; est enim earum specierum iudicialis quaestio, per quam res expediatur.

§ 1.— Non absimilis illa, quae frequentissime agitari solet: fideiussor an, et priusquam solvat, agere possit, ut liberetur? Nec tamen semper exspectandum est, ut solvat, aut iudicio accepto condemnetur, si diu in solutione reus cessabit, aut certe bona sua dissipabit; praesertim si domi pecuniam fideiussor non habebit, qua numerata creditori mandati actione conveniat.

**39.** Neratius *libro VII.* (2) *Membranarum.*— Et Aristoni, et Celso patri placuit, posse rem hac conditione deponi, mandatumque suscipi, ut res periculo eius sit, qui depositum vel mandatum suscepit; quod et mihi verum esse videtur.

**40.** Paulus *libro IX. ad Edictum.*— Si pro te praesente et vetante fideiusserim, nec mandati actio, nec negotiorum gestorum est; sed quidam utilem putant dari oportere, quibus non consentio, secundum quod et Pomponio videtur.

**41.** Gaius *libro III. ad Edictum provinciale.*— Potest et ab una duntaxat parte mandati iudicium dari; nam si is, qui mandatum suscepit, egressus fuerit mandatum, ipsi quidem mandati iudicium non competit; at ei, qui mandaverit, adversus eum competit.

**42.** Ulpianus *libro XI. ad Edictum.*—Si mandavero tibi, ut excuteres vires hereditatis, et tu, quasi minor sit, eam a me emeris, mandati mihi teneberis. Tantundem, et si tibi mandavi, ut vires excuteres eius, cui eram crediturus, et renuntiaveris, eum idoneum esse.

**43.** Idem *libro XXIII. ad Edictum.*—Qui mandatum suscepit, ut pecunias in diem collocaret, isque hoc fecerit, mandati conveniendus est, ut cum dilatione temporis actionibus cedat.

**44.** Idem *libro LXII. ad Edictum.*—Dolus est, si quis nolit persequi, quod persequi potest, aut si quis non exegerit, quod exigere, solvere (3).

**45.** Paulus *libro V. ad Plautium.*— Si mandatu meo fundum emeris, utrum, quum dederis

(1) praestationibus, *Hal.*
(2) IV., *Hal.*

obligara á favor de un acreedor del hijo, no por causa de donación, una casa comun; después, fallecido Mevio habiendo dejado una pupila, los tutores de ésta recurrieron al juez contra Ticio, y Ticio, con recíprocas peticiones; pregunto, ¿la parte de casa, que Ticio permitió á su hijo que obligara, deberá quedar libre por arbitrio del juez? Marcelo respondió, que ha de estimar el juez si deberá quedar libre, y cuando, respecto á la persona del deudor, y también según lo que se hubiese convenido entre los contratantes, y por el tiempo por que hubiese sido obligada la cosa de que se tratase; porque hay cuestión judicial sobre estos puntos, por la que se resuelve el negocio.

§ 1.—No es desemejante esta que muy frecuentemente suele agitarse: ¿podrá el fiador, aun antes que pague, reclamar que se le dé por libre? Pero no siempre se ha de esperar á que pague, ó á que sea condenado habiendo aceptado el juicio, si el deudor tardare mucho en pagar, ó si verdaderamente disipare sus bienes; principalmente si el fiador no tuviere en su casa el dinero, por el que, habiéndoselo entregado al acreedor, le demande con la acción de mandato.

**39.** Neracio; *Pergaminos, libro VII.*—Así á Ariston, como á Celso, el padre, les pareció bien que puede depositarse una cosa, y aceptarse un mandato, con esta condición, que la cosa esté á riesgo del que aceptó el depósito ó el mandato; lo que también á mí me parece verdad.

**40.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro IX.*— Si yo hubiere sido fiador por tí, estando tú presente y prohibiéndomelo, no hay ni la acción de mandato, ni la de gestión de negocios; pero opinan algunos que debe darse la útil, con los cuales no me conformo, según lo que también le parece á Pomponio.

**41.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro III.*—También puede darse la acción de mandato solamente por una parte; porque si el que aceptó el mandato se hubiere excedido del mandato, ciertamente no le compete á él la acción de mandato; mas le compete contra él al que le hubiere mandado.

**42.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XI.*—Si yo te hubiere mandado que averiguases la importancia de la herencia, y como si fuera menor me la hubieres comprado, me quedarás obligado por la acción de mandato. Otro tanto, también si te mandé que averiguases el caudal de aquel á quien yo había de prestar, y me hubieres manifestado que él era abonado.

**43.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—El que aceptó mandato para que colocase cantidades á término, y hubiere hecho esto, ha de ser demandado con la acción de mandato, para que ceda las acciones con la dilación del tiempo.

**44.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro LXII.*—Hay dolo, si alguno no quisiera perseguir lo que puede perseguir, ó si alguno no cobrare lo que puede cobrar, ó no pagare lo que puede pagar.

**45.** Paulo; *Comentarios á Plaucio, libro V.*— Si por mi mandato hubieres comprado un fundo,

(3) quod exigere potest, aut solvere., *Hal.*; quod 'exigere potest' aut si quis nolit solvere, quod exegerit., *Vulg.*

pretium, ageres mecum mandati, an et antequam des, ne necesse habeas res tuas vendere? Et recte dicitur, in hoc esse mandati actionem, ut suscipiam obligationem, quae adversus te venditori competit; nam et ego tecum agere possum, ut praestes mihi adversus venditorem emti actiones (1).

§ 1.—Sed si mandatu meo iudicium suscepisti, manente iudicio sine iusta causa non debes mecum agere, ut transferatur iudicium in me; nondum enim perfecisti mandatum.

§ 2.—Item, si, dum negotia mea geris, alicui de creditoribus meis promiseris, et antequam solvas, dicendum est, te agere posse, ut obligationem suscipiam, aut si nolit creditor obligationem mutare, cavere tibi debeo, defensurum (2) te.

§ 3.—Si iudicio te sisti promisero, nec exhibuero, et antequam praestem, mandati agere possum, ut me liberes, vel si pro te reus promittendi factus sim.

§ 4.—Sed si mandavero tibi, ut creditori meo solvas, tuque expromiseris (3), et ex ea causa damnatus sis, humanius est et in hoc casu mandati actionem tibi competere.

§ 5.—Quoties autem ante solutam pecuniam mandati agi posse diximus, faciendi causa, non dandi tenebitur reus; et est aequum, sicut mandante aliquo actionem nacti cogimur eam praestare iudicio mandati, ita ex eadem causa obligatos habere mandati actionem, ut liberemur.

§ 6.—Si fideiussor multiplicaverit summam, in quam fideiussit, sumtibus ex iusta ratione factis, totam eam praestabit is, pro quo fideiussit.

§ 7.—Quod mihi debebas, a debitore (4) stipulatus sum periculo tuo; posse me agere tecum mandati in id, quod minus ab illo servare potero, Nerva, Atilicinus aiunt, quamvis id mandatum ad tuam (5) rem pertineat; et merito, tunc enim liberatur is, qui debitorem delegat, si nomen eius creditor secutus est, non cum periculo debitoris ab eo stipulatur.

§ 8.—Idem iuris est, si mandatu fideiussoris cum reo egissem, quia sequenti mandato liberaretur ex priore causa.

**46.** Idem *libro LXXIV.* (6) *ad Edictum.*—Si quis pro eo spoponderit, qui ita promisit: «si Stichum non dederis, centum millia dabis», et Stichum redemerit vilius, et solverit, ne centum millium stipulatio committatur, constat, posse eum mandati agere. Igitur commodissime illa forma in mandatis servanda est, ut, quoties certum mandatum sit, recedi a forma non debeat, at quoties incertum, vel plurium causarum, tunc, licet aliis praestationibus exsoluta sit causa mandati, quam quae ipso mandato inerant, si tamen hoc mandatori expedierit, mandati erit actio.

¿acaso ejercitarás contra mí la acción de mandato, cuando hayas dado el precio, ó aun antes que lo dés, para que no tengas necesidad de vender tus bienes? Y con razón se dice, que la acción de mandato es para esto, para que yo acepte la obligación que contra tí le compete al vendedor; porque también yo puedo reclamarte que me cedas contra el vendedor las acciones de compra.

§ 1.—Pero si por mi mandato aceptaste un juicio, durante el juicio no debes sin justa causa pedirme que contra mí se transfiera el juicio; porque aun no perfeccionaste el mandato.

§ 2.—Asimismo, si mientras fueres gestor de mis negocios hubieres prometido á alguno de mis acreedores, se ha de decir, que, aun antes que pagues, puedes pedir que yo acepte la obligación, ó que si no quiere el acreedor mudar la obligación, debo darte caución de que te defenderé.

§ 3.—Si yo hubiere prometido que comparecerías en juicio, y no te hubiere exhibido, también antes que yo te presente puedo ejercitar la acción de mandato para que me exentes, ó si yo me hubiera hecho por tí reo de promesa.

§ 4.—Pero si yo te hubiere mandado que pagues á un acreedor mio, y tu lo prometieres, y por esta causa fueras condenado, es más equitativo que también en este caso te competa la acción de mandato.

§ 5.—Mas en todos los casos en que hemos dicho que puede ejercitarse la acción de mandato antes de pagado el dinero, el deudor se obligará por causa de hacer, no de dar; y es justo, que así como habiendo adquirido por mandato de otro una acción somos obligados á cederla por la acción de mandato, así obligados por la misma causa tengamos la acción de mandato, para que quedemos libres.

§ 6.—Si el fiador hubiere multiplicado la suma, por la que salió fiador, hechos los gastos con justa razón, responderá de toda ella aquel por quien salió fiador.

§ 7.—Estipulé á tu riesgo de un deudor lo que me debías; y dicen Nerva y Atilicino, que puedo ejercitar contra tí la acción de mandato por lo que yo no hubiere podido recuperar de aquel, aunque este mandato pertenezca á cosa tuya; y con razón, porque entonces queda libre el que delega un deudor, cuando el acreedor consiguió su crédito, no cuando estipula de él á riesgo del deudor.

§ 8.—El mismo derecho hay, si por mandato del fiador hubiese yo demandado contra el reo, porque por el siguiente mandato quedaría él libre respecto á la primera causa.

**46.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro LXXIV.*—Si alguno hubiere respondido por el que prometió así: «si no hubieres dado á Stico, darás cien mil», y hubiere comprado á Stico por menos, y lo hubiere entregado, para que no se incurriera en la estipulación de los cien mil, consta que puede ejercitar la acción de mandato. Así, pues, muy fácilmente se ha de observar esta forma en los mandatos, de suerte que cuando el mandato sea cierto, no deba apartarse uno de la forma, pero siempre que sea incierto, ó de muchas causas, entonces, aunque se haya cumplido la causa del mandato en otras prestaciones, que las que en el mismo mandato estaban contenidas, si, no obstante, esto hubiere convenido al mandante, habrá la acción de mandato.

(1) actionem, *Hal. Vulg.*
(2) iri, *inserta Hal.*
(3) ei promiseris, *Vulg.*
(4) tuo, *insertan Hal. Vulg.*
(5) meam, *Hal.*

(6) LXIV., *Hal.*

**47.** Pomponius *libro III. ex Plautio.*— Iulianus ait, si fideiussori uxor doti promiserit, quod ei ex causa fideiussoria debeat, nuptiis secutis confestim mandati adversus debitorem agere eum posse, quia intelligitur abesse ei pecunia eo, quod onera matrimonii sustineret.

§ 1.—Si is, qui pro te hominem dare fideiussit, alienum hominem stipulatori dederit, nec ipse liberatur, nec te liberat; et ideo mandati actionem tecum non habet. Sed si stipulator eum hominem usuceperit, dicendum esse Iulianus ait, liberationem contingere; eo ergo casu mandati actio post usucapionem demum tecum erit.

**47.** Pomponio; *Doctrina de Plaucio, libro III.* —Dice Juliano, que si la mujer hubiere prometido en dote al fiador lo que por causa de la fianza le debiera, verificadas las nupcias, inmediatamente puede él ejercitar la acción de mandato contra el deudor, porque se entiende que le falta el dinero por esto, porque sostendría las cargas del matrimonio.

§ 1.—Si el que por tí salió fiador de dar un esclavo, hubiere dado al estipulador un esclavo ajeno, ni él mismo queda libre, ni te libra; y por esto no tiene contra tí la acción de mandato. Pero si el estipulador hubiere usucapido á aquel esclavo, manifiesta Juliano, que se ha de decir, que se verifica la liberación; luego en este caso habrá contra tí la acción de mandato solamente después de la usucapión.

**48.** Celsus *libro VII. Digestorum.* — Quintus Mucius Scaevola ait, si quis sub usuris creditam pecuniam fideiussisset, et reus in iudicio conventus quum recusare vellet, sub usuris creditam esse pecuniam, et fideiussor solvendo usuras potestatem recusandi eas reo sustulisset, eam pecuniam a reo non petiturum; sed si reus fideiussori denuntiasset, ut recusaret, sub usuris debitam esse, nec is propter suam existimationem recusare voluisset, quod ita solverit, a reo petiturum. Hoc bene censuit Scaevola, parum enim fideliter facit fideiussor in superiore casu, quod potestatem eximere reo videtur, suo iure uti; ceterum in posteriore casu non oportet esse noxiae fideiussori, si ipse pepercisset pudori suo.

§ 1.—Quum mando tibi, ut credendo pecuniam negotium mihi geras, mihique id nomen praestes, meum in eo periculum, meum emolumentum sit, puto mandatum posse consistere.

§ 2.—Ceterum, ut tibi negotium geras, tui arbitrii sit nomen, id est, ut cuivis credas, tu recipias usuras, periculum duntaxat ad me pertineat, iam extra mandati formam est, quemadmodum si mandem, ut mihi (1) quemvis fundum emas.

**48.** Celso; *Digesto, libro VII.*—Dice Quinto Mucio Scévola, que si alguno hubiese sido fiador de dinero prestado á interés, y queriendo el deudor citado á juicio negar que el dinero hubiese sido prestado á interés, el fiador, pagando los intereses, hubiese quitado al deudor la posibilidad de impugnarlos, no reclamará este dinero al deudor; pero si el deudor hubiese avisado al fiador, para que negase que fuera debido con intereses, y él no hubiese querido negarlo por causa de su propia estimación, lo que de este modo hubiere pagado lo reclamará del deudor. Esto lo consideró procedente Scévola, porque obra con poca fidelidad el fiador en el primer caso, porque parece que priva al deudor de la facultad de usar de su derecho; pero en el último caso no conviene que se le perjudique al fiador, si este mismo hubiese mirado por su decoro.

§ 1.—Cuando te mando que prestando dinero hagas para mí un negocio, y me cedas este crédito, y que respecto de él sea mío el riesgo, y mía la ganancia, opino que puede haber mandato.

§ 2.—Pero si que hagas para tí un negocio, y que el crédito esté á tu arbitrio, esto es, que prestes á quien quieras, y percibas los intereses, y que á mí me corresponda solamente el riesgo, ya es fuera de la naturaleza del mandato, así como si yo te mandara, que para mí compres cualquier fundo.

**49.** Marcellus *libro VI.* (2) *Digestorum.* — Servum Titii emi ab alio bona fide, et possideo; mandatu meo cum Titius vendidit, quum ignoraret suum esse; vel contra ego vendidi illius mandatu, quum forte is, cui heres extiterit, eum emisset; de iure evictionis et de mandato (3) quaesitum est. Et puto, Titium, quamvis quasi procurator vendidisset, obstrictum emtori, neque si rem tradidisset, vindicationem ei concedendam; et idcirco (4) mandati agere posse, si quid eius interfuisset, quia forte venditurus non fuerit. Contra mandator, si rem ab eo vindicare velit, exceptione doli summovetur, et adversus venditionem (5) testatoris sui habet ex emto iure hereditario actionem.

**49.** Marcelo; *Digesto, libro VI.*—De buena fé compré de otro un esclavo de Ticio, y lo poseo; por mandato mio lo vendió Ticio, ignorando que era suyo; ó al contrario, yo lo vendí por mandato de él, habiéndolo comprado acaso aquel de quien él hubiere quedado heredero; se preguntó sobre el derecho de evicción y sobre el mandato. Y opino, que Ticio, aunque hubiese vendido como procurador, está obligado al comprador, y que ni si hubiese entregado la cosa, se le ha de conceder la reivindicación; y que por esto puede ejercitar la acción de mandato, si algo le hubiese importado, porque tal vez no hubiere de haber vendido. Por el contrario, el mandante, si quisiera reivindicar de él la cosa, será repelido con la excepción de dolo, y tiene por derecho de herencia la acción de compra contra la venta de su testador.

**50.** Celsus *libro XXXVIII. Digestorum.* — Si is, qui negotia fideiussoris gerebat, ita solvit stipulatori, ut reum fideiussoremque liberaret, idque utiliter fecit, negotiorum gestorum actione fideius-

**50.** Celso; *Digesto, libro XXXVIII.*—Si el que administraba los negocios de un fiador, pagó al estipulante así, para que dejase libres al deudor y al fiador, y esto lo hizo útilmente, tiene obliga-

(1) tibi, *Hal. Vulg.*
(2) V., *Hal.*
(3) *Según correccion del códice Fl., Br.;* et (mandato), *Taur.*

(4) mandati eum non teneri, sed contraria, *insertan Hal. Vulg.*
(5) venditorem, *al márgen interior del códice Fl.*

sorem habet obligatum, nec refert, ratum habuit, nec ne; fideiussor etiam antequam solveret procuratori pecuniam, simul ac ratum habuisset, haberet tamen mandati actionem.

do al fiador por la acción de gestión de negocios, y no importa, si lo ratificó, ó no; el fiador aun antes que pagase el dinero al procurador, tendría, sin embargo, la acción de mandato, tan pronto como lo hubiese ratificado.

§ 1.—Sive, quum frumentum deberetur, fideiussor Africum dedit, sive quid ex necessitate solvendi plus impendit, quam est pretium solutae rei, sive Stichum solvit, isque decessit, aut debilitate flagitiove ad nullum pretium sui redactus est, id mandati iudicio consequeretur.

§ 1.—Ya si cuando se debiese trigo, el fiador dió á Africo, ya si por la necesidad de pagar gastó algo más de lo que es el precio de la cosa pagada, ya si entregó en pago á Stico, y éste falleció, ó por debilidad ó por depravación quedó reducido á ningún valor, esto lo conseguiría por la acción de mandato.

**51.** Iavolenus *libro IX.* (1) *ex Cassio.* — Fideiussor, quamvis per errorem ante diem pecuniam solverit, petere tamen ab eo non potest; ac ne mandati quidem actionem, antequam dies solvendi veniat, cum reo habebit.

**51.** Javoleno; *Doctrina de Cassio, libro IX.*—El fiador, aunque por error hubiere pagado antes del término el dinero, no puede, sin embargo, repetirlo de aquel; y ciertamente ni la acción de mandato tendrá contra el deudor, antes que llegue el día para pagar.

**52.** Idem *libro I. Epistolarum* (2). — Fideiussorem, si sine adiectione bonitatis tritici pro altero triticum spopondit, quodlibet triticum dando reum liberare (3) posse existimo; a reo autem non aliud triticum repetere poterit, quam quo pessimo tritico liberare se a stipulatore licuit. Itaque si paratus fuerit reus, quod dando ipse creditori liberari potuit, fideiussori dare, et fideiussor id, quod dederit, id est melius triticum, condicet, exceptione eum doli mali summoveri existimo.

**52.** El mismo; *Epistolas, libro I.*—Opino que el fiador, si prometió por otro sin añadir nada sobre la calidad del trigo, puede librar al deudor dando cualquier trigo; pero no podrá repetir del deudor otro trigo, que el trigo más malo con que le fué lícito librarse del estipulante. Y así, si el deudor hubiere estado dispuesto á dar al fiador aquello con lo que, dándolo al acreedor, pudo él mismo quedar libre, y el fiador reclamara por la condicción lo que hubiere dado, esto es, mejor trigo, opino que es repelido con la excepción de dolo malo.

**53.** Papinianus *libro IX. Quaestionum.* — Qui fide alterius pro alio fideiussit praesente et non recusante, utrosque obligatos habet iure mandati. Quodsi pro invito vel ignorante alterutrius (4) mandatum secutus fideiussit, eum solum convenire potest, qui mandavit, non etiam reum promittendi; nec me movet, quod pecunia fideiussoris reus liberetur, id enim contingit, etsi meo mandato pro alio solvas.

**53.** Papiniano; *Cuestiones, libro IX.*—El que por la fé de uno fué fiador por otro que estaba presente y no lo rehusó, tiene obligados á ambos por derecho del mandato. Pero si habiendo seguido el mandato de uno fué fiador por otro contra su voluntad ó ignorándolo, puede demandar solo al que le mandó, no también al reo de prometer; y no me hace variar, que el deudor se libre con dinero del fiador, porque esto acontece aunque por mi mandato pagues por otro.

**54.** Idem *libro XXVII. Quaestionum.*—Quum servus extero se mandat emendum, nullum mandatum est. Sed si in hoc mandatum intercessit, ut servus manumitteretur, nec manumiserit, et pretium consequetur dominus ut venditor, et affectus ratione mandati agetur; finge filium naturalem vel fratrem esse, placuit enim prudentioribus, affectus rationem in bonae fidei iudiciis habendam. Quodsi de suis numis emtor pretium dederit—neque enim aliter iudicio venditi liberari potest—, quaeri solet, an utiliter de peculio agere possit; et verius et utilius videtur, Praetorem de huiusmodi contractibus servorum non cogitasse, quo se ipsi mala ratione dominis auferunt.

**54.** El mismo; *Cuestiones, libro XXVII.*—Cuando un esclavo manda á un extraño que lo compre, es nulo el mandato. Pero si el mandato medió para esto, para que el esclavo fuese manumitido, y no lo hubiere manumitido, el señor obtendrá como vendedor el precio, y por razón de afecto ejercitará la acción de mandato; supón que era hijo natural ó hermano, porque pareció bien á los jurisconsultos, que en los juicios de buena fé deba tenerse cuenta del afecto. Pero si el comprador hubiere dado de su propio dinero el precio,—porque tampoco de otro modo puede librarse de la acción de venta—, suele preguntarse, si podrá ejercitar útilmente la acción de peculio; y parece más verdadero y más útil, que el Pretor no pensó en semejantes contratos de los esclavos, porque con mala razón se sustraen ellos mismos á sus dueños.

§ 1.—Si liber homo bona fide serviens redimi se mandaverit, idque numis emtoris factum sit, contraria mandati actione agi posse constat, ut tamen actiones praestentur, quas habet emtor adversus venditorem; finge, non manumisisse liberam personam emtorem.

§ 1.—Si un hombre libre, que de buena fé presta servidumbre, hubiere mandado ser redimido, y esto se hubiera hecho con dinero del comprador, consta que puede ejercitarse la acción contraria de mandato, con tal sin embargo que se cedan las acciones, que el comprador tiene contra el vendedor; supon, que el comprador no manumitió á la persona libre.

(1) VII., *Hal.*
(2) ἐπιστολῶν, *Hal.*

(3) liberari, *(omitiendo* reum), *Hal.*
(4) alterius, *acertadamente Hal. Vulg.*

**55.** Idem *libro I. Responsorum.* — Procurator, qui non res inclusas subtraxit, sed traditas non reddidit, iudicio mandati, non furti tenetur.

**56.** Idem *libro III. Responsorum.* — Qui mutuam pecuniam dari mandavit, omisso reo promittendi et pignoribus non distractis eligi potest; quod uti liceat, si literis exprimatur, distractis quoque pignoribus ad eum creditor redire poterit; etenim quae dubitationis tollendae causa contractibus inseruntur, ius commune non laedunt.

§ 1.—Fideiussor, qui pecuniam in iure obtulit, et propter aetatem eius, qui petebat, obsignavit ac publice deposuit, confestim agere mandati potest.

§ 2.—Non ideo minus omnis temporis bonam fidem explorari oportet, quod dominus post annos quinque provincia reversus, mox reipublicae causa profecturus, non acceptis rationibus mandatum instauraverit; quum igitur ad officium procuratoris pertinuerit, quidquid ex prima negotiorum gestorum administratione debuit, ad secundam rationem transferre, secundi temporis causa priorem litem suscipiet.

§ 3.—Salarium incertae pollicitationis neque extra ordinem recte petitur, neque iudicio mandati, ut salarium tibi constituat (1).

§ 4.—Sumtus bona fide necessario factos, etsi negotio finem adhibere procurator non potuit, iudicio mandati restitui necesse est.

**57.** Idem *libro X. Responsorum.* — Mandatum distrahendorum servorum defuncto, qui mandatum suscepit, intercidisse constitit. Quoniam tamen heredes eius errore lapsi, non animo furandi, sed exsequendi, quod defunctus suae curae fecerat, servos vendiderant, eos ab emtoribus usucaptos videri placuit; sed venaliciarum ex provincia reversum Publiciana actione non utiliter (2) acturum, quum exceptio iusti dominii causa cognita detur, neque oporteat eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum affici damno.

**58.** Paulus *libro IV. Quaestionum.* — Si praecedente mandato Titium defenderas, quamvis mortuo eo, quum hoc ignorares, ego puto mandati actionem adversus heredem Titii competere, quia mandatum morte mandatoris, non etiam mandati actio solvitur. Quodsi sine mandatu defensionem suscepisti, negotium quodammodo defuncti gerere institueras, et quemadmodum, si illum liberasses, competeret tibi negotiorum gestorum actio, ita potest dici, et heredem eius eadem actione teneri.

§ 1.—Lucius Titius creditori suo mandatorem dedit, deinde defuncto debitore maiore parte creditorum consentiente a Praetore decretum est, ut portionem creditores ab heredibus ferant absente eo creditore, apud quem mandator extiterat; quae-

(1) constituatur, (omitiendo salarium tibi). *Hal.*

**55.** El mismo; *Respuestas, libro I.*—El procurador que no sustrajo las cosas encerradas, pero que no devolvió las entregadas, está obligado por la acción de mandato, no por la de hurto.

**56.** El mismo; *Respuestas, libro III.*—El que mandó que se diera dinero en mútuo puede ser elegido, habiéndose prescindido del reo de prometer y no habiéndose vendido las prendas; lo que será así lícito, si se expresara en las escrituras que vendidas también las prendas podrá el acreedor dirigirse contra él; porque lo que se inserta en los contratos para quitar dudas, no perjudica al derecho comun.

§ 1.—El fiador que ofreció en juicio el dinero, y que por causa de la edad del que lo reclamaba lo consignó y lo depositó públicamente, puede ejercitar inmediatamente la acción de mandato.

§ 2.—No porque el señor, habiendo vuelto de provincia después de cinco años, y habiendo de partir luego por causa de la república, no haya renovado el mandato sin haber tomado las cuentas, conviene menos que se examine la buena fé de todo el tiempo; así pues, como que correspondió al cargo de procurador comprender en la segunda cuenta cualquiera cosa que debió por la primera administración de la gestión de negocios, aceptará el litigio anterior por causa del segundo tiempo.

§ 3.—Ni extraordinariamente se pide con derecho el salario de promesa incierta, ni por la acción de mandato, que te constituya salario.

§ 4.—Es necesario que se restituya por la acción de mandato los gastos necesarios hechos de buena fé, aunque el procurador no haya podido poner término al negocio.

**57.** El mismo; *Respuestas, libros X.*—El mandato de vender esclavos consta que se acabó para el difunto, que aceptó el mandato. Pero como sus herederos inducidos á error habían vendido los esclavos, no con ánimo de hurtar, sino con el de cumplimentar lo que el difunto había atribuido á su propio cuidado, pareció bien que se considerase que aquellos habían sido usucapidos por los compradores; pero que el comerciante de esclavos, habiendo vuelto de provincia, no ejercitará útilmente la acción Publiciana, porque con conocimiento de causa se dá la excepción de justo dominio, y no conviene que el que eligió la confianza de cierto hombre sea perjudicado por el error ó la impericia de los herederos.

**58.** Paulo; *Cuestiones, libro IV.*—Si precediendo mandato habías defendido á Ticio, aunque habiendo muerto éste, ignorándolo tu, opino que compete la acción de mandato contra el heredero de Ticio, porque por la muerte del mandante se disuelve el mandato, no también la acción de mandato. Pero si sin mandato tomaste la defensa, te habías en cierto modo constituido en ser gestor de negocio del difunto, y así como si á él le hubieses librado de la obligación te competería la acción de gestión de negocios, así puede decirse que también su heredero está obligado por la misma acción.

§ 1.—Lucio Ticio dió un mandante á un acreedor suyo, y después, muerto el deudor, consintiéndolo la mayor parte de los acreedores, se decretó por el Pretor, que los acreedores tomaran de los herederos su porción, ausente aquel acreedor á

(2) καλῶς κινεῖ κ. τ. λ., *esto es, non inutiliter, las Bas.*